This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

N. i. 181e Stack RBS
F. 332
(–,60) 8/9 me
–50

Eduard Fraenkel

# ΓΑΛΗΝΟΥ
## ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΕΠΙ ΤΕΧΝΑΣ

# GALENI
## ADMONITIO AD LITTERAS ADDISCENDAS

PRIMVM GRAECE SEPARATIM EDIDIT, EDITIONES PRINCIPES INTER SE CONTVLIT, LOCOS QVAM PLVRIMOS EMENDAVIT, EXPLICAVIT, ILLVSTRAVIT, IANI CORNARII, CELEBERRIMI OLIM IENENSIVM MEDICI, CORRECTIONES ADIECIT, INDICES LOCVPLETISSIMOS ADDIDIT

IOANNES GEORGIVS GVILIELMVS KOEHLERVS, A. M.

ORDINIS PHILOS. IN ACAD. IENENSI ADIVNCTVS. SOCIET. LAT. IENENSIS ET MARCHICO-BADENSIS COLL. HONORAR. ET APVD COLMBERGENSES PROPE ONOLDVM V. D. MINISTER.

LIPSIAE

SVMTIBVS E. B. SVIKERTI.

CIƆIƆCCLXXVIII.

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

VIRO PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO
FRIDERICO AVGVSTO
ERNESTO
L. B. DE LYNKER,
SERENISSIMI MARCHIONIS ONOLDINO-
BARVTHINI A CONSILIIS AVLAE
ET REGIMINIS INTIMIS,

VIRO PERILLVSTRI ATQVE EXPE-
RIENTISSIMO
CASIMIRO CHRISTOPHORO
SCHMIDELIO,
MEDICINAE DOCTORI,
SERENISSIMI MARCHIONIS ONOLDINO-BARVTHINI
A CONSILIIS AVLAE INTIMIS ET ARCHIATRO,

VIRO PERILLVSTRI
IOANNI FRIDERICO
LOESCHIO,
SERENISSIMI MARCHIONIS ONOLDINO-BARVTHINI
A LITTERIS SANCTIORIBVS,

VIRO ILLVSTRI
IOANNI PETRO VTZIO,
IMPERIALIS IVDICII PROVINCIALIS
BVRGRAVIATVS NORIBERGENSIS
ASSESSORI,

VIRO SVMME REVERENDO
IOANNI IACOBO RABIO,
SERENISSIMI MARCHIONIS ONOLDINI
A CONSILIIS ECCLESIASTICIS, CONSISTORIALI,
AD ECCLESIAM S. IOANNIS PASTORI,
ET GYMNASII EPHORO,

VIRIS SVMMIS
QVIBVS
A
SERENISSIMO
MARCHIONE ONOLDINO-
BARVTHINO
CVRA
GYMNASII ILLVSTRIS CAROLO-
ALEXANDRINI,
QVOD ONOLDI FLORET,
COMMISSA EST,

QVIQVE
EO MVNERE
AD IMMORTALEM NOMINIS
SVI GLORIAM
FVNGVNTVR,

HANC
GALENI
AD LITTERAS ADDISCENDAS
ADMONITIONEM
CVM DEBITA
ANIMI SVBMISSIONE, REVERENTIA
ET OBSERVANTIA

D. D. D.

AVCTOR.

*Tantum abeſt, vt ii, qui me measque rationes resue norunt, adulationis me ob id arguere poſſint, quod VOBIS, VIRI SVMMI, hanc* GALENICI *libelli editionem ſtudioſo decentique animo offero; vt potius libenter fidem mihi habituri ſint adfirmanti, me non niſi immortalibus VESTRIS in rem Onoldinam ſcholaſticam meritis impulſum hoc conſilii cepiſſe; quum neque beneficiis VOBIS, neque petitione aliqua, aut vlla alia re, ſim deuinctus.*

*Etenim iam ipſum libri huius, quem ſcholarum potiſſimum vſui praeparaui, argumen-*

*tum tale eſt, vt arctiſſimo nexu cum iis negotiis ſit coniunctum, quae VOS in ſalutem Gymnaſii Onoldini ſapientiſſime et ſagaciſſime adminiſtratis, ac quibus nomina VESTRA, ſatis iam ante ſplendida, ſplendidiora adhuc et immortalia feciſtis. VESTRVM enim opus eſt, quod res litteraria in Gymnaſio illuſtri Onoldino nunc floret et viget; VESTRVM, quod nunc praeceptores pariter ac diſcipuli fere quotidiana operum ſuorum viſitatione ac collaudatione gaudent et incenduntur; VESTRVM, quod nunc ii, qui induſtria, ſcientia, et moribus inter alios eminent, ſubſidiis, honore, et praemiis excitantur, diſtinguuntur, et celebrantur; VESTRVM, quod praeceptoribus nunc licet, nulla natalium generisue habita ratione, diſcipulos pro merito et pro ingenio quemque ſuo tractare; VESTRVM, quod nunc optima quaeque diſciplinarum compendia in*

Gymna-

*Gymnaſium ſunt recepta, pluresque graecae et romanae antiquitatis ſcriptores leguntur; VESTRVM, quod nunc bibliotheca Gymnaſii quotidie mirum quantum augetur; VESTRVM, quod nunc primum rerum naturalium et artificioſarum multitudo colligitur; VESTRVM, quod ex Gymnaſio nemo dimittitur, niſi plane conſtet, eum tales in diſciplinis ſcholaſticis feciſſe progreſſus, vt academiis tuto committi poſſit; VESTRVM denique, quod nunc ſpes eſt, fore, vt breui patria hominibus litteratiſſimis abundet, floreat, vigeat, ſplendeat.*

*Quae omnia quo magis Gymnaſium illuſtre Onoldinum, quod poſt virum de me meritiſſimum plurimumque reuerendum,* GODEFRIDVM ALBERTVM ZÜLLIVM, *verbi diuini apud Katzenhochſtaettenſes ad Altmulam miniſtrum, alma ſtudiorum ſcholaſticorum mihi*

 *fuit*

*fuit mater, nunc emendant, amplificant et extollunt, eo maiori me gaudio adficiunt; adeo vt non potuerim, quin eius laetitiae, ſimulque animi erga VOS ſtudioſiſſimi et obſeruantiſſimi, publicum hoc loco ſit teſtimonium.*

*NOMINVM VESTRORVM SVMMORVM*

*cultor obſeruantiſſimus*
*Auctor.*

# PRAEFATIO

Galeni, medici ſummi, ſaeculo poſt Chriſtum natum ſecundo florentis editiones graecas (namque latinas hoc loco enumerare non placet), quae omnia eius opera referunt, huc vſque non niſi tres vidimus. Quarum prima eſt ALDINA, quae Venetiis CIƆIƆXXV. V. Tomis in folio prodiit; editio praeſtans ſatis, quae ex Codice bono cum ſumma adcuratione, ſimul vero etiam cum ſcribarum vitiis, expreſſa eſt. Proxima eſt BASILEENSIS, quae, vti etiam aliae nonnullae eiuſdem officinae latinorum pariter ac graecorum ſcriptorum editiones, Aldinam ſemper ſequitur, adeo, vt ne vitia quidem aperta deſerat, eodemque adeo iure habenda; excuſa apud Frobenium CIƆIƆXXXVIII. totidem Tomis eademque forma. Tertia CHARTERIANA (quae Galeni et Hippocratis ſcripta graece et latine ſimul refert), lucem vidit Pariſiis CIƆIƆCLXXVIIII. opera et ſtudio RENATI CHARTERII, XIII. Voluminibus in folio; editio pretioſa et ſatis ſplendida, de qua tamen parum honorifice ſentio. Codices ſe et coniecturas eruditorum ad emendandos Galenum et Hippocratem adhibuiſſe gloriatur Charterius, locosque nonnullos in rariſſimis, quas adſperſit, notis emendat et explicat; complures alios in ipſo, quem vocant, textu emendatius exprimendos curauit. Numquam vero indicat, vnde, quam in textum ipſum recepit lectionem, habeat; adeo, vt ne id quidem pateat; num ex coniectura aut ex codice quodam orta ſit. Inuita Minerua plurimis in locis lectionem emendauit, aut potius peruertit. Praeterea vitia typographica plurima adſunt, et verſio ſingulis fere paginis errat. Totius Galeni nouam editionem etiam parauerat CASPARVS HOFFMANNVS, medicus olim Altorfinus, per plurima ſcripta clarus. Adparatus eius Galenicus, XXXV voluminibus in forma maxima conſtans, qui annos complures in bibliotheca Thomaſiana deli-

 tuerat,

tuerat, cuius ſpecimen anno ſuperiori dedit illuſtr. GRVNERVS, medicus Ienenſium celeberrimus, in programmate diſputationi inaugurali *Ioannis Walfridi Feuerlini* praemiſſo, opera nobiliſſimi ac celeberrimi CHRISTOPH. THEOPHILI DE MVRRII, Noribergenſis, nuper Angliam ad D. ASKIVM (ASKEW) breui poſt demortuum, peruenit, vnde, ſi alius poſt ASKII mortem inueniatur GALENI fautor, editio eiuſdem exſpectari poteſt. Simile aliquid meditatus videtur IANVS (ſiue IOANNES) CORNARIVS, inclitus olim Ienenſium medicus, medicorum graecorum adſiduus eoque tempore poſt renatas litteras primus lector, et HIPPOCRATIS interpres; qui editioni ſuae Aldinae, quam nunc bibliotheca Ienenſis academica adſeruat, plurimas in legendo ac relegendo coniecturas et emendationes adſcripſit, felices interdum et ingenioſas, quibus ſaepiſſime lectionem Galeni optime reſtituit, vti CHARTERII Codices poſtea nonnullis in locis aperte comprobarunt. Emendationum CORNARII eam partem, quae in Galeni *προτρεπτικῳ* verſatur, nuper, libello iam ad finem perducto, pro ſumma ſua humanitate ac erga me beniuolentia, mihi miſit vſuique meo conceſſit vir clariſſimus IOANNES GODEFRIDVS MÜLLERVS, Profeſſor hiſtoriarum et bibliothecarius Ienenſis celeberrimus, cui ea de re nunc publice gratias, quas poſſum, maximas ago.

Libellus Galeni, *προτρεπτικος επι τεχνας*, quem nunc primum ſeparatim emitto, in *Aldina* editione habetur T. I. fol. 1-3. in *Baſileenſi* T. I. p. 1-6. in *Pariſienſi* T. I. p. 3-15. Eundem iam antea graece ſeorſum editum eſſe numquam legi. Forſan tamen id factum eſt in libro, quem ex *Bodleianae Bibliothecae opera Thomae Hyde Oxonii e theatro Scheldoniano* 1674. *fol.* emiſſo *catalogo* p. 273. noui, cuius haec eſt inſcriptio: *Galeni opuſcula varia graece, cum verſione, variis lectionibus et adnotationibus per Theodorum Goulſtonium, Londin.* 1640. 4. quem vero numquam videre contigit.

Verſiones

Verſiones tamen huius libelli duae mihi innotuerunt. Altera latina: *Galeni exhortationes ad bonas artes et praeſertim medicinam, it. de optimo docendi genere et qualem oporteat eſſe medicum, interprete Eraſmo Roterodamo, Baſil.* 1526. 8. altera italica: *oratione, nella quale eſſortano i giovani alla cognitione delle buone arti, in Venetia* 1588. 8. Vtramque vero numquam vidi.

Praeter ea, quae de ipſo hoc Galeni libello in obſeruationibus meis tam ad caput quam ad calcem libri adpoſitis dixi, id generatim hoc loco dicendum videtur, eſſe eundem philologo non ſolum, ſed et antiquario quam maxime memorabilem, eademque de cauſa digniſſimum, qui in ſcholis cum iuuentute φιλελληνι quam diligentiſſime legatur. Magna eſt in Galeno dicendi vis cum ſumma linguae graecae elegantia et gratia coniuncta. Nonnulla occurrunt ἁπαξ λεγομενα, aliaque de ſingulari verborum ſignificatione, quae in Lexicis maximis fruſtra quaeras. Occurrunt poetarum loci bene multi, plurimaque, quae ad Mythologiam, hiſtoriam et geographiam veterem, ſpectant. Etiam eius argumentum tale eſt, vt is liber ad vſum ſcholaſticum quaſi factus videatur. Illud quidem non negandum, res ex eo tempore plurimas mutationes ſubiiſſe, ſimulque plurima, praeſertim ea, quae ſuperſtitione et ειδωλολατρεια veterum nituntur, quaeque Galenus ad incendendos iuuenum ad addiſcendas litteras animos adfert, corruiſſe: attamen non pauca ſuperſunt, quae etiam nunc haud parum in iuuenum animis efficiant neceſſe eſt; in primis ſi praeceptores in eo ſe diligentes et adcuratos praebere velint, vt iis rationibus et cauſis, quibus parum fundamenti ineſſe vident, alias ſubſtituant, quae ex luce noſtri aeui repeti poſſunt.

Textum ipſum, quem vocant, ad editionem CHARTERIANAM exprimendum curaui; ita tamen, vt, duabus alteris editionibus (quarum tamen varietatem, ſi in vitiis apertis conſtaret, non vbique adiiciendam putaui) cum eadem ſedulo collatis, ſaepiſſime eam lectionem,

ctionem, quae probatior meliorque videbatur, ex ALDINA et BASILEENSI repeterem. Coniecturas vero, licet nonnullas haberem, quae veritati ſimillimae mihi quidem videbantur, quam rariſſime in ipſum textum recepi; cuius exemplum C. VIIII, 15. habetur. Interpuncta verborum, in locis quam plurimis antea in omnibus editionibus vitioſe collocata, mutaui, emendatiusque diſpoſui.

Accentus graecos adiiciendos non putaui. Id mihi perſuadere vix poſſum, linguae graecae aliquid ευφωνιας, ſiue aliquid venuſtatis et gratiae in pronuntiando reſtare, ſi ſcriptores graeci hodierno more non ſecundum proſodiam, ſed ſecundum accentus legantur; in legendis poetis praeſertim, vbi metrum fere ſemper reclamat. Qua de re velim, linguam graecam etiam eodem, quo alias linguas, iure tractari, eiusque proſodiam ſedulo doceri, accentus vero, vt rem minus vtilem quam arduam et noxiam, penitus aboleri. Quem in finem vere illud deſiderandum videtur, vt proſodicum in lingua graeca lexicon exſtet, cuius fere non niſi primas lineas COELEMANNVS (*opus proſodicum graecum nouum, ſtudio Petri Coelemanni Francof.* CIƆIƆCLXVIII. 8.) dedit; quod ego quam maxime amplificatum et locupletatum, niſi otium poſtea deſit, olim editurus ſum. Illis tamen, qui accentus defendunt et amant, id reſtat, vt diſcipulos in hoc meo libello accentibus in ſuum locum reponendis exerceant. Spirituum vero non eadem ratio eſt, quum multo magis familiarem linguae graecae cognitionem habeat neceſſe eſt, qui iis tuto carere velit. Qua de re ſpiritus aſper ſemper a me adpoſitus.

Verſionem latinam eo magis omittendam ratus ſum, quo diligentius vidi, ne locus vllus, qui paullo eſſet difficilior, a me intactus relinqueretur; in primis quum praeceptoris ſtudio in praelegendo iuuentuti ſcholaſticae libello etiam quaedam relinquenda viderentur.

Adno-

Adnotationes, quae ſcriptoribus graecis ad iuuentutis intelligentiam addi ſolent, graeco ſermone malim quam latino conſcribi. Ea enim re cognitionem graecae linguae quam plurimum promoueri arbitror. Sed vſus et conſuetudo aliorum obſtat. Qua de re id tamen negligendum non putaui, vt, ſi fieri poſſet, veterum SCHOLIASTARVM et LEXICOGRAPHORVM locos, qui mihi vnum alterumue vocabulum, aut compluriurn vocabulorum comprehenſionem explicare videbantur, ingrato labore a me conquiſitos et exſcriptos pro eis darem, quae ipſe ea de re meis verbis dicere potuiſſem. Iure me eam ob cauſam reprehendi non arbitror, quod haec omnia in libris impreſſis iam habeantur; quum neminem fugiat, eoſdem tantae eſſe caritatis, vt iuuentuti ſcholaſticae iis quam rariſſime vti liceat. Id tamen propria experientia certum habeo atque indubitatum, ex vſu grammaticorum et gloſſariorum veterum plurimum ad ſolidiorem linguae graecae cognitionem profici, quum eorum vſu, quaſi aliud agendo, iuuenes ad maximam vocabulorum copiam facillime perueniant. Me quidem non fugit, Lexica illa et ſcholia antiquiora non quidem in vniuerſalem totiusque linguae communem vſum, vti hodierna, eſſe conſcripta, ſed potius omnes huiuſmodi veterum explicationes certos ſuos locos reſpicere; quibus ignotis complures parum aptae et congruentes nobis, immo abſurdae et falſae videntur. Sed tamen negandum non eſt, poſſe nos eam, quae ab antiquo quodam grammatico in ſuum locum conſcripta eſt, explicationem, ſi alii cuidam loco, quem ante oculos habemus, conueniat, ita adducere, vt inde demonſtremus, fieri poſſe, vt ſignificatio haec illaue cum hoc vocabulo coniungatur. Etenim ſic Lexica maiora nata atque exorta ſunt, vt ſcilicet gloſſaria compluria in ſingulos ſcriptores facta ſecum coniungerentur. — Sed haec de veterum grammaticorum in commentariis meis vſu ſufficiant.

Adno-

Adnotationes meae, quod quiſque facilè videbit, duplicem reſpectum habent. Plurimas earum in vſum ſcholarum conſcripſi, vt iuuenum intelligentiam iuuarem. Namque is libellus nonnullis in locis, praeſertim c. VIII. difficilis ſane et corruptus ſatis eſt, vt criticis et exegeticis commentariis haud parum indigeat. Alias vero in vſum futuri editoris ſcriptorum Galenicorum feci; cuius generis ſunt emendationes et correctiones crebrae interpretis Charteriani et alia plura, quae alias huc non veniſſent.

Animaduerſiones criticae, quas haud raro huic libro adſperſi, huc etiam fere pertinent; niſi quod equidem ea ſum opinione, iuuentutem ſcholaſticam etiam in arte ſcriptorum romanorum pariter ac graecorum critica inſtitui atque exerceri debere. Quam ob cauſam quoque multa copioſius dixi, quam alias opus fuiſſet.

Eademque de cauſa etiam, ſi liber laudandus eſſet, annum et locum, quo quiſque emiſſus eſt, ſedulo adduxi, addito nonnumquam, de libro ipſo, meo qualicumque iudicio.

Emendationes et correctiones IANI CORNARII, de quibus ſupra verba feci, hoc ipſo libello, quum ad me peruenirent, e manibus iam emiſſo, appendicis loco cum breui earumdem diiudicatione dedi.

Indices adieci tres locupletiſſimos, quorum alter nomina ſcriptorum continet, qui in commentariis meis laudantur, illuſtrantur, reprehenduntur; alter vocabula graeca et latina, quae in iiſdem explicantur; tertius denique res, quas commentarii proferunt ac docent.

Denique velim, quam ego in reprehendendis aliorum vitiis ſeruaui moderationem et humanitatem, etiam in meis mihi ab aliis praeſtari. Nempe nemo hominum eſt, qui non modo hic, modo illic erret. Quae vero nobis placent, ea etiam alteri non denegare aequum. Emendationes ac correctiones haud iniquas cum ſumma gratiarum actione ſuſcipiam, meque ex iis plurimum profeciſſe publice profitebor.

# ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΓΑΜΕΝΟΥ [1])
## ΠΑΡΑΦΡΑΣΤΟΥ [2]) ΤΟΥ ΜΗΝΟΔΟΤΟΥ [3]) ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ [4]) ΕΠΙ ΤΑΣ ΤΕΧΝΑΣ.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ει μεν μηδ' ὁλως λογου μετεστι τοις αλογοις ονομαζομενοις ζωοις, αδηλον εστι· ισως γαρ ει και του μη κατα την φωνην, ὁν και προφορικον ονομαζουσιν, αλλα του γε κατα την ψυχην, ὁν ενδιαθετον [5]) καλουσι, μετεχει παντα, τα μεν μαλλον, τα δ' ἡττον· ὁτι μεντοι πλειστον ὁσον αυτων διενηνοχασιν [6]) ὁι ανθρωποι, προδηλον ἡμιν εστιν, ὁρωσι το γε πληθος των τεχνων, ὡν μεταχειριζεται το ζωον [7]) τουτο, και ὁτι μονος ανθρωπος επιστημης επιδεκτικος, ἡν αν εθελησῃ τεχνην μανθανει· τα μεν γαρ αλλα ζωα σχεδον ατεχνα παντ' εστι, πλην ολιγων δη τινων εν αυτοις· αλλα και ταυτα φυσει μαλλον η προαιρεσει [8]), τεχνων ευτυχηκεν· ὁ δ' ανθρωπος ουτε τινος των παρ' εκεινοις αμελετητος· αλλα και την ὑφαντικην εμιμησατο τας αραχνας, και πλαττει [9]) καθαπερ ἁι μελισσαι, και του νειν ουκ ανασκητος [10]) εστι, καιτοι πεζος [11]) ων· αλλα και των θειων τεχνων ουκ απολειπεται, ζηλων μεν την Ασκληπιου τεχνην ιατρικην, ζηλων δ' Απολλωνος αυτην γε ταυτην, και τας αλλας ἁπασας ἁς εχει, τοξικην, μουσικην, μαντικην· ετι τε των μουσων την εκαστης ιδιαν. ουδε γαρ γεωμετριας, ουδ' αστρονομιας αφισταται· αλλα, και τα της γης νερθεν, και τα ὑπερθε του ουρανου, κατα Πινδαρον [12]), επισκοπει. εξεποριστατο δ' ὑπο φιλοπονιας και το μεγιστον των θειων αγαθων, φιλοσοφιαν [13]). δια ταυτα τοινυν, και λογου μετεστι τοις αλλοις ζωοις, κατ' εξοχην αυτων και ὁ ανθρωπος μονος ονομαζεται λογικος.

1 Περγα-

1 Περγαμηνου) Ex Suida et ipſius Galeni haud obſcuris locis ſatis notum eſt, Pergamo, Aſiae minoris opulentiſſima celeberrimaque vrbe, noſtrum ortum fuiſſe. Nihilo tamen minus περγαμηνου, quod ſolus Charterius, forſan ex codice quodam, additum habet, ipſe, quoniam a recentioris aetatis ſcribis aut grammaticis inſertum eſſe arbitror, reiicio. Non adeo verboſae erant apud veteres librorum inſcriptiones indicesue; et plurimorum, qui ſuperſtites ſunt, librorum inſcriptiones pro ſuo arbitrio amplificarunt, nonnullorum immutauere ſcribae; quod *Harpocrationis* exemplo docet *Iac. Gronouius* ad *Harpocrationem* p. 1. (*Lugd. Bat.* 1696. 4.) Ipſe de ſe docet Galenus περι των ιδιων βιβλιων in praefatione, quem locum, quippe ad cetera perutilem, totum exſcribam: ὑποτυπωσεις γουν εγραψαν ενιοι των προ εμου τα τοιαυτα βιβλια, καθαπερ τινες, ὑπογραφας· ἑτεροι δ' εισαγωγας, η συνοψεις, η ὑφηγησεις. εγω δ' ἁπλως δους τοις μαθηταις, ουδεν επεγραψα. και δια τουθ' ὑστερον εις πολλους αφικομενων αλλος αλλην επιγραφην εποιησατο. Idem iam ſupra: φιλοις γαρ η μαθηταις εδιδοτο, χωρις επιγραφης, ὡς αν ουδε προς εκδοσιν, αλλ' αυτοις εκεινοις γεγονοτα, δεηθεισιν, ὡν ηκουσαν, εχειν ὑπομνηματα. Quod vero ad ipſum περγαμηνου vocabulum adtinet, id Galeni tempore nondum ſuis libris inſcriptum fuiſſe, ipſe libro eodem ſtatim a praefationis principio docet: εν γαρ τοι τῳ Σανδαλαριῳ (*vico*) καθ' ὁ δη πλειστα των εν Ρωμη βιβλιοπωλειων εστιν, εθεασαμεθα τινας αμφισβητουντας ειτ' εμον ειη το πιπρασκομενον αυτο βιβλιον, ειτ' αλλου τινος· επεγεγραπτο γαρ ΓΑΛΗΝΟΣ ΙΑΤΡΟΣ.

2 Παραφραστου) Charterius ad exitum T. II. p. 400. „quam Menodotus, *inquit*, empiricae ſectae auctor, ad artes adipiſcendas exhortationem rudi mole conſtruxerat, eam quaſi adumbratam Galenus „oratoria paraphraſi expreſſit et perpoliuit —„ quae vero vnde habeat neſcio. Forſan ex ipſa inſcriptione hauſit, quae tamen, niſi prorſus fallor, a recentiore manu hiſce vocabulis aucta eſt. Iam ſtatim παραφραστου vocabulum tale eſt, quale in Galeno non facile occurrat. Deinde, ſi Charterium recte intelligo, Menodotus aut maius de hoc argumento opus ſcripſit, aut materiem quaſi huic libro praeparatam reliquit. Vtrumque vero vocabuli παραφραστου vis prohibet. Etenim παραφραζειν dicitur, cuius alter primas lineas duxit, id amplificare et perpolire, aut, quod alter ſcripſit, verboſius exponere. Erroris originem me apud ipſum Galenum περι ιδιων βιβλιων c. VIIII. inueniſſe puto, vbi inter alia haec verba habentur: εις το Μηνοδοτου, Σεβηρῳ. προτρεπτικος επι ιατρικην· quum, quae duos libros a ſe diuerſos deſignant verba, vnius libri, quum interpuncta verborum forſan abeſſent, indicem eſſe putaret, quicumque primus παραφραστου του Μηνοδοτου addidit. Qua de re etiam haec verba eiicienda cenſeo. Vide etiam, quae infra ad libri calcem c. XIIII. not. 10. adtuli.

3 Μηνοδοτου) Diogenes Laërtius L. VIIII, 116. p. 602. (*ed. M. Meibom. Amſtel.* 1692. 4.) Αντιοχος Λαοδικευς απο Λυκου. Τουτου δε Μηνοδοτος ὁ Νικομηδευς (ſc. διηκουσεν), ιατρος εμπειρικος. Galenus in libris περι αριστης αἱρεσεως προς Θρασυβουλον et περι ὑποτυπωσεως της εμπειρικης (*de ſubfiguratione*, malim *deformatione empiricae ſectae*, qui non niſi latinus ſupereſt,) narrat, pergrandia eum volumina plurimaque conſcripſiſſe, in iisque in omnes, qui alienam ab ipſo ſententiam fouerent, acerbe perquam vehementerque inuectum eſſe. Galenus ipſius numquam meminit, niſi vt refutet eumdem; vnde, quae paullo ante ad fictitium Galeni cognomen του παραφραστου του Μηνοδοτου dixi, mirum quantum confirmantur. Inter deperditos Galeni libros memoratur περι των Μηνοδοτου, Σεβηρῳ, ἑνδεκα, cuius ipſe meminit περι ιδιων βιβλιων c. VIIII.

4 Λογος) Grammatici cuiusdam ingenio hoc vocabulum debemus. Qui Galeni librum *de libris ſuis* perlegit, huius enim ſolius eſto, de tota hac re ferre iudicium, ignorare haud poteſt, Galenum, vbi id fieri poterat,

rat, breuiſſimis libros ſuos inſcriptionibus inſtruxiſſe. λογας et τας vocabula ſunt, quae in ſoluta oratione ſaepiſſime cum ſumma elegantia omittuntur, praeſertim ſi breuitate, quam tamen veteres in indicibus magnopere ſectabantur, opus eſt. Accedit, quod in loco Galeni modo a me exſcripto προτρεπτικος επι ιατρικην laudatur, qui, vti ex noſtro προτρεπτικῳ c. XIIII. *extrem.* τουτο δ᾽ αυτο δεικτεον εφεξης liquet, ad noſtrum, quaſi ſit argumenti peroratio, pertinet. Ad huius igitur indicis formam ipſe inſcriptionem noſtram ita reſtituo: ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΕΠΙ ΤΕΧΝΑΣ. — Sed ohe! iam ſatis de inſcriptione. Nunc ad librum ipſum venio.

5 ενδιαθετον) HESYCHIVS: ενδιαθετος λογος· πας λογος εν νῳ λαμβανομενος. Huic opponitur προφορικος.

6 διενηνοχασιν) HESYCH. διενηνοχως· υπερεχων· διενηνοχε· διαφερει.

7 ζωον) Id apud Graecos multo latius, quam apud Romanos alios ve patet. Nam ζωον, omne quod viuit, Graeci vocant. Sic PLATO, quid deus ſit, dicturus, θεος, inquit, εστι ζωον. — HESYCH. habet ζωον· ζωντα, vbi malim legere ζωον· παντα τα ζωντα, ſaltem hac ratione explicare, quod etiam verba facile permittunt. De hominibus id dici eo minus mirum videbitur.

8 προαιρεσει) προαιρεσις per oppoſitum φυσις iam quodam modo illuſtratur. Significat *ſtudium, conſilium, inſtitutum.* ALEXANDER APHRODISIENSIS *in L. II. Topicorum Ariſtotelis p.* 94. eam ita definit: προ ἑτερου ἁιρεσις, αλλα μεν το αλλο προ αλλου ἁιρεισθαι, εν τουτοις εστιν, εν δις και το βουλευεσθαι. το γαρ αλλο ἀλλου προκριναι μετα λογου γινεται. ουδεν δε των αλογων βουλευεται· ὡστε ουδε προαιρειται. Plura vide apud SVIDAM T. III. p. 80. *ed. Kuſter.* (*Cantabrig.* 1705. *Fol.*)

9 πλαττει) πλαττειν hoc loco ſumendum videtur, artificioſe domum ſibi aedificare; quemadmodum apes, quum πλασσειν dicuntur, cellulas ſibi habitationi non ſolum ſed et operi deſtinatas fingunt.

10 ανασιτος) vbi Aldina et Baſileenſis editio ανασχητος, quod vero in lingua graeca nullum eſt. Error ob ι et χ in ſcribendo ſimilitudinem facilis erat.

11 πεζος) optime explicat HESYCH. πεζοις δε, τοις εκ ποδων πεζευουσιν, qui pedibus incedere ſolent.

12 Πινδαρον) Locum inuenire non potui. Sine dubio in carmine exſtabat, quod cum aliis ad noſtra tempora non peruenit.

13 φιλοσοφιαν) vocabulum *philoſophiae* modo latius, modo ſtrictius apud veteres ſumitur. Illius exempla ſunt CICERONIS *de oratore* I, 212. c. 49. „philoſophi denique ipſius, qui de ſua vi ac ſapientia vnus omnia paene profitetur, eſt tamen quaedam deſcriptio, vt is qui ſtudeat *omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, cauſasque noſſe et omnem bene vivendi rationem tenere et perſequi* nomine hoc adpelletur (quem nos Polyhiſtorem et philoſophum theoreticum pariter ac practicum vocamus);" et L. III, 57. „cognitio omnis optimarum rerum atque in iis exercitatio philoſophia nominatur." Et L. I, 68. „diſtributa eſt in tres partes philoſophia, in naturae obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores." Huius exempla ſunt perplurima apud eumdem, vbi philoſophia *ars vitae, cultura et medicina animi, mater omnium benefactorum beneque dictorum, virtutis, officii et bene vivendi diſciplina,* et *mortis commentatio* vocatur. Sic PLVTARCHVS περι πολυπραγμοσυνης, *edit. Stephan.* T. II. p. 916. φιλοσοφιαν — ἡς ην τελος, επιγνωναι τα ἑαυτου κακα και απαλλαγηναι. Quae in noſtro Galeni loco praecedunt, ſatis ſuperque probant, eum ſub φιλοσοφιας vocabulo hoc loco poſteriorem ſignificationem incluſiſſe, adeoque nihil aliud, quam quod nos *practicam philoſophiam* vocamus, intellexiſſe. Ceterum ille quoad τὸ μεγιστον των θειων αγαθων cum CICERONE conſentit, qui *Tuſcul.* I, 64.

 *donum*

*donum et ineptum deorum* vocat, (alioque loco) *quo bono nullum optabilius, nullum praestantius, neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Πως ουν ουκ αισχρον, ᾧ μονῳ των εν ἡμιν κοινωνουμεν θεοις, τουτου μεν αμελειν, εσπευκεναι [1]) δε περι τι των αλλων, τεχνης μεν αναληψεως καταφρονουντα, τυχῃ δ' ἑαυτον επιτρεποντα; ἡς την μοχθηριαν [2]) εμφανισαι βουληθεντες οἱ παλαιοι, γραφοντες και πλαττοντες αυτην, ου μονον εν ειδει γυναικος ηρκεσθησαν [3]), καιτοι τουθ' ἱκανον ην ανοιας [4]) συμβολον, αλλα και πηδαλιον εδοσαν εν χεροιν εχειν αυτῃ, και τοιν ποδοιν ὑπεθεσαν βασιν σφαιρικην, εστερησαν δε και τοιν οφθαλμοιν, ενδεικνυμενοι δια τουτων απαντων το της τυχης αστατον. ὡσπερ ουν εν νηϊ χειμαζομενῃ σφοδρως, ὡς επικλυζεσθαι τε τοις κυμασι, και κινδυνευειν βυθισθηναι, μοχθηρως αν τις πραξειεν επιτρεψας τα πηδαλια κυβερνητῃ τυφλῳ· κατα τον αυτον, οιμαι, τροπον καν τῳ βιῳ, μειζονων ναυαγιων περι πολλους οικους γιγνομενων, η περι τα σκαφη κατα θαλατταν, ουκ ορθως γιγνωσκοντος εστιν, επιτρεπειν ἑαυτον, εν ταυταις περιστασεσι πραγματων, τυφλῃ δαιμονι, μηδ' αυτῃ βεβαιως εστηριγμενῃ· εμπληκτος [5]) τε γαρ εστι και ανους εις τοσουτον, ὡς πολλακις τους αξιολογους ανδρας παρερχομενη, πλουτιζειν τους αναξιους· ουδε τουτους βεβαιως, αλλ' ὁσον παλιν οὑτως αφαιρεισθαι τα δοθεντα [6]). Ταυτῃ τῃ δαιμονι πληθος ανδρων αμαθων ουκ ολιγων ἑπεται μηδεποτ' εν αυτῳ μενουσῃ δια το της βασεως ευμετακυλιστον, ἡτις αυτην αγει και φερει, και κατα κρημνων ενιοτε, και θαλαττης, ενθα συναπολλυνται μεν αλληλοις ἑπομενοι παντες αυτῃ· μονη δ' αβλαβης εκεινη διεξερχεται, καταγελωσα των ολοφυρομενων τε και καλουντων αυτην, ὁτ' ουδεν οφελος· τα μεν δη της τυχης εργα τοιαυτα.

1 εσπευκεναι) Ex more Graecorum, quem ad c. VIII. magis illuſtrabo, *participium*, quod vocant, vnum alterumue infinitiuum ſequens, per *infinitiuum* explicari, illique interpretando praemitti debet. Sic hoc loco naturalis verborum ſeries erit: τουτου μεν αμελειν, τεχνης δε μεν αναληψεως καταφρονειν, τυχη δ' ἑαυτον επιτρεπειν, και (ὑτως) περι τι των αλλων εσπευκεναι.

2 μοχθηριαν) periculoſum, quod in ea eſt. HESYCH. μοχθηρια· επιπονον, κακοδαιμον. Ita enim malim legere, quam επιπονος, κακοδαιμων, vti eſt in libris. —— Sed vnde ſciam, quem forſan locum, cui iſta conueniant, interpretari voluerit Heſychius?

3 εν ειδει γυναικος ηρκεσθησαν) nempe πλαττειν και γραφειν αυτην.

4 ανοιας) SCHOLIASTES *ad Sophoclis Electram* v. 582. ανοια· ἡ παντελως αφροσυνη. En ſenſum proprium! Sed hoc loco mitius interpretandum putauerim. Ceterum PACVVIVS apud *Auctorem ad Herennium* L. II, 23. Galeno argumentum dediſſe videtur:

*Fortunam inſanam eſſe et caecam et brutam perhibent philoſophi,*
*Saxoque illam inſtare globoſo praedicant volubilem:*
*Ideo, quo ſaxum impulerit fors, cadere eo fortunam autumant.*
*Caecam ob eam rem eſſe iterant, quia nihil cernat, quo ſeſe adplicet.*
*Inſanam autem aiunt, quia atrox, incerta inſtabilisque ſit.*
*Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoſcere.*

5 εμπληκτος) HESYCH. εμπληκτους· μαινομενους, μεμηνοτας.

6 δοθεντα) Adde ὡσπερ εδωκεν, nempe ſine lege, ſine ratione, adeo vt nemo ab ea ſibi cauere poſſit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τον δ' Ἑρμην, ατε λογου μεν οντα δεσποτην, εργατην δε τεχνης ἁπασης, θεασαι παλιν, ὁπως, εξ ὑπεναντιου την τυχην, κεκοσμηκασι παλιν οἱ γραφοντες τε και πλαττοντες· νεανισκος εστιν ὡραιος, ουκ επικτητον [1]) ουδε κομμωτικον [2]) εχων καλλος, αλλ' ευθυς ὡστε συνεμφαινεσθαι την της τυχης αρετην δι' αυτου. εστι δε φαιδρος [3]) μεν τας οψεις, δεδορκε δε δριμυ [4])· και ἡ βασις, το παντων σχηματων εδραιοτατον τε και αμεταπτωτοτατον εχει, τον κυβον· εσθ' ὁτε δε και αυτον τον θεον τουτω τω σχηματι [5]) κοσμουσιν. Ιδοις δ' αν τους θιασωτας [6]) αυτου φαιδρους μεν ὁμοιως τω καθηγορουμενω θεω, μεμφομενους δ' ουδεποτε αυτον, ὡσπερ οἱ την τυχην, ουδ' απολειπομενους ποτ', ουδε χωριζομενους, αλλ' ἑπομενους τε και διαπαντος απολαυοντας της προνοιας αυτου.

1 επικτητον) HESYCH. επικτητος. εξωθεν εισελθων.

2 κομμωτικον) arte pulcrum. ETYMOLOGICVM M. p. 526. (*edit. Sylburg.* 1594. *Francof. Fol.*) κομμειν, το το σωμα ὡραιζειν· επει και κομμωτικην

τικην λεγουσι την κασμουσαν. Noſter infra c. X. μηδεμιας κομμωτικης πανουργιας δεομενη opponit την ακαλλωπιστως και αυτοφυως καλην. Adi etiam SVIDAM.

3 φαιδρος) HESYCH. φαιδρος· καθαρος, γεγηθως.

4 δριμυ) Id alias truculentum, toruumque ſignificat; ſed hoc loco HESYCHIVM ſequi praeſtat, qui per οξυ, θερμον, ταχυ explicat.

5 σχηματι) Nempe κυβῳ. Intelligendum, veteres Mercurium ſaepe per quadratum lapidem repraeſentaſſe. SVIDAS in vocabulo ἑρμαι· ἑρμαι ησαν εν τῃ των Αθηναιων πολει λιθινοι, εν προθυροις και εν ἱεροις· επειδη φασι τον Ἑρμην λογου και αληθειας εφορον ειναι. δια τουτο και τας εικονας αυτου τετραγωνους και κυβοειδεις κατεσκευαζον, αινιττομενοι το τοιουτον σχημα, εφ᾽ ὁ μερη πεσῃ, πανταχοθεν βασιμον και ορθιον ειναι. IDEM in v. ἑρμης. παντων δε νεωτατον εργαζονται, δια το μη γηρασκειν τον λογον. αλλα και τετραγωνον αυτον ποιουσι δια την στερροτητα του αληθους λογου. Qui plura ſcire voluerit, adeat MONTEFALCONIVM *in antiquitat. gr. et rom. L. III. c. VI.*

6 θιασωτας) Sacerdotes, vel ii, qui in ſacris canunt. Etiam per ει ſcribitur. HESYCH. θειασωται· χορευται. SCHOLIASTES *ineditus in Dionyſ. Areopagit.* θειασωται· χορευται, οἱ τα θεια αδοντες. ETYMOLOGIC. M. θιασωτης, ὁ κοινωνος των θυσιων.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Τους δε γε της τυχης συνεπομενους, απαντας μεν αργους θεασῃ και τεχνων αμαθεις, οχουμενους δ᾽ εξ ελπιδων αει, και θεουσῃ τῃ δαιμονι συνθεοντας, ενιους μεν εγγυς, ενιους δε πορρωτερω, τινας δε και της χειρος αυτης εξημμενους [1]). εν τουτοις απασι και τον Κροισον εκεινον τον Λυδον οψει, και τον Πολυκρατην [2]) τον Σαμιον. Και ισως θαυμασεις, τῳ μεν τον Πακτωλον [3]) ιδων ῥεοντα χρυσον, τῳ δε και τους θαλαττιους ὑπηρετουντας ιχθυς. μετα τουτων δε και Κυρον θεασῃ, και Πριαμον, και Διονυσιον. αλλα τουτων αυτων ολιγον ὑστερον οψει Πολυκρατην μεν ανεσταυρωμενον, ὑπο Κυρῳ δε Κροισον, αυτον δε τον Κυρον ὑπ᾽ αλλοις· οψει δε και Πριαμον καθειργμενον, και Διονυσιον εν Κορινθῳ. Ει δε και τους αλλους επισκεψαιο τους απωτερω μεν αυτην θεουσαν διωκοντας, ου μην τυχοντας γε, μισησεις ὁλως τον χορον· εισι γαρ ενταυθα και δημαγωγοι [4]) πολλοι, και ἑταιραι, και πορνοι, και προδοται φιλων· εισι δε και φονεις, και τυμβωρυχοι [5]), και αρπαγες· πολλοι δε μηδε των θεων αυτων πεφεισμενοι [6]), αλλα και τουτων ἱερα συλησαντες [7]).

1 εξημμενους) HESYCH. ενδεδεμενους. v. infra c. VI, 1.

2 Πολυκρατην) De quo HERODOTVS, PLINIVS et CICERO narrant, fuiſſe tyrannum vrbis patriae, cui omnia, quaecumque tractaſſet, ex voto proſpereque eueniſſent. Ipſe, tanta felicitas vt foret conſtans, vereri, et ex amici conſilio ſua ſponte in aduerſam fortunam incidere malle, eademque de cauſa annulum, quem pretioſiſſimum pariter ac cariſſimum habebat, in mare abiicere. Hunc a piſce ore excipi, eodemque capto in eius praecordiis inueniri et ad ipſum referri (quam ad περιστασιν Galenus mox alludit). Tandem, ſubita fortunae commutatione facta, ex inſidiis ab Oroete praetore Darii in crucem eſſe actum.

3 Πακτωλον) Flumen Lydiae, monte Tmolo ortum, quod olim aurum ſecum tuliſſe et ex eadem re Croeſus pecunias ſuas feciſſe fertur. HERODOTVS L. I. c. 101. πακτωλος, ὃς σφι ψηγμα χρυσου καταφορεων εκ του Τμωλου, δια μεσης της αγορης (*per medium forum vrbis Sardium*) ρεει. STRABO L. XIII. ρει δ πακτωλος απο του Τμωλου, καταφερων τοπαλαιον χρυσου ψηγμα πολυ· νυν δ' εκλελοιπε το ψηγμα. Celebrant etiam latinorum poetarum carmina. PROPERTII L. III. El. XVII, 23.

> *Nirea non facies non vis exemit Achillem,*
> *Croeſum aut Pactoli, quas parit humor, opes.*

HORATII *Epodon* XV, 20. cuius verba Galenus expreſſiſſe videtur:

> *Tibique Pactolus fluat.*

IVVENALIS *Sat.* XIIII, 299.

> — *cuius votis modo non ſuffecerat aurum,*
> *Quod Tagus et rutila voluit Pactolus arena.*

Ceterum a Cyro Croeſum victum captumque, Cyrum cum exercitu in bello Scythico miſere interemtum, Priamum Troiae obſidione clauſum, Dionyſium denique regno expulſum Corinthi ſcholas pueriles aperuiſſe, quis eſt, qui neſciat?

6 δημαγωγοι) HESYCH. δημαγωγος· αρχων. εκ του τον δημον αγειν και διοικειν. δημοσιος. Odioſum *tyranni* nomen Galenus intelligere videtur.

5 τυμβωρυχοι) HESYCH. τυμβωρυχος. λωποδυτης (η κλεπτης) νεκρων. Etenim veteres pro cuiusque facultate varias pretioſasque res in ſepulcra cum mortuis condebant.

6 πεφεισμενους) φειδεσθαι hoc loco ſignificat, curam habere alicuius, revereri, in eoque viſitatiori του *parcere* notioni accedit. Sic φειδω in ETYMOLOG. M. p. 791. per φροντιδα εχειν τινος explicatur.

7 συλησαντες) HESYCH. συλαν· αφαιρεισθαι, γυμνουν. De ſacrilegis potiſſimum dicitur, vti hoc loco ἱερα ſcilicet δωματα, additum.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὁ δ' ἑτερος των χορων, παντες μεν κοσμιοι και τεχνων εργαται, ου θεουσι δε, ουδε βοωσιν, ουδ' αλληλοις μαχονται, αλλ' εν μεσοις μεν αυτοις ὁ θεος· αμφ' αυτον δε ἁπαντες εν ταξει κεκοσμηνται [1]), χωραν ἑκαστος, ἣν εκεινος εδωκεν, ουκ απολιποντες. οἱ μεν, εγγιστα τῳ θεῳ και περι αυτον εν κυκλῳ κεκοσμημενοι, γεωμετραι και αριθμητικοι, και φιλοσοφοι [2]), και ιατροι, και αστρονομοι, και γραμματικοι. τουτων δ'

 εφεξης

εφεξης ὁ δευτερος χορος, ζωγραφοι, πλασται [3]), γραμματισται [4]), τεκτονες [5]) τε και αρχιτεκτονες, και λιθογλυφοι. και μετ' αυτους δε ἡ τριτη ταξις, αἱ λοιπαι τεχναι πασαι, κατα μερη μεν, οὑτω κεκοσμηται· παντα δε προς τον Θεον αποβλεπουσι κοινῳ τῳ παρ' αυτου προσταγματι πειθομενοι· Θεασῃ δε κανταυθα πολλους μετ' αυτου του Θεου· τεταρτην δε τινα ταξιν απο των αλλων εκκριτον [6]), ουχ οἱοι τινες ησαν οἱ μετα της τυχης· ου γαρ αξιωμασι πολιτικοις, ουδε γενους ὑπεροχαις, ουδε πλουτῳ τους αριστους ὁ Θεος οὑτος ειθισται κρινειν· αλλα τους καλως μεν βιουντας, εν δε ταις ἑαυτων τεχναις πρωτευοντας, ἑπομενους δε τοις προσταγμασιν αυτου, και νομιμως τας τεχνας εργαζομενους, τιμα τε και προ των αλλων αγει, περι αὑτον εχων αει. τουτον, οιμαι, τον χορον νοησας, ὁποιος εστιν, ου μονον ζηλωσεις, αλλα και προσκυνησεις. Σωκρατης εστιν εν αυτῳ, και Ὁμηρος, και Ἱπποκρατης, και Πλατων, και οἱ τουτων ερασται, ὁυς ισα και τοις Θεοις σεβομεν, οἱον ὑπαρχοι τινες και ὑπηρεται του Θεου. Των δ' αλλων ἁπαντων ουκ εστιν, ὁστις ημεληθη ποτε προς αυτου. ου μονον γαρ των παροντων πεφροντικεν, αλλα και πλεουσι συμπλους εστι, και ναυαγουντων ουκ απολειπεται. Αριστιππος γουν επειδη ποτε πλεων, του σκαφους απολουμενου επι τας Συρακουσιων ηονας εξεβρασθη [7]), πρωτον μεν εθαρρησε θεασαμενος επι της ψαμμου διαγραμμα [8]) γεωμετρικον· ελογισατο γαρ εις Ἑλληνας τε και σοφους ανδρας, ουκ εις βαρβαρους [9]), ἡκειν· επειτα παραγενομενος εις το Συρακουσιων γυμνασιον [10]), και ταυτι [11]) τα επη φθεγξαμενος·

Τις τον πλανητην [12]) Οιδιπουν [13]), καθ' ἡμεραν
Την νυν [14]), σπανιστοις δεξεται δωρημασι;

προσιοντας [15]) τε τινας εσχεν αυτῳ, και γνωριζοντας ὁστις ειη, και παντων, ὡν εδειτο, μεταδιδοντας ευθεως.

Ἑς

*Ὡς δ᾽ εἰς Κυρήνην αυτου την πατριδα μελλοντες τινες πλειν επυνθανοντο, μη τι τοις μικιοις [16]) επιστελλει; κελευειν αυτοις εφη, ταυτα κτασθαι τα κτηματα, ἃ και ναυαγησαντι συνεκκολυμβησει [17]).*

1 *κεκοσμηνται*) et mox *εν κυκλω κεκοσμημενοι*. HESYCH. *κοσμειν· τιθεσθαι. κοσμησαι· διαταξαι, στησαι, στειλαι.* Ordinis cuiusdam cum conſilio poſitionem denotat.

2 *φιλοσοφοι*) Vide quae ſupra ad Caput I, 13. diximus. Phyſicam medicis, dialecticam Grammaticis adſignaſſe videtur Galenus. Sed nec ego prohibeo, ſi quis *φιλοσοφους* ſenſu latiori ſumere velit.

3 *πλασται*) latinis *plaſtae, fictores, cerarii* et *ſtatuarii*, variam materiam tractabant. Alii argillam, vel cretam gypſumque, alii ceram et aes igni liquefactum. Qua de re vide S. V. ERNESTII *Archaeolog. litter.* (p. 90.) (*Lipſ.* 1768. 8uo.)

4 *γραμματισται*) de diſcrimine inter *γραμματικους* et *γραμματιστας* haec habe. *γραμματιστης* eſt, qui prima ad diſcendam linguam elementa docet, quem latini *litteratorem*, *litterarium* et *ludimagiſtrum* vocant. *γραμματικος* vero, latinis *litteratus*, qui ipſos linguae auctores interpretatur et illuſtrat, ac genium linguae docet, qui praecepta dialectica et rhetorica exhibet; proinde huius nobilior, illius rudior magisque plebeia ars habebatur (v. ill. IO. ERN. IMM. WALCHIVM *in libro de arte critica veterum Romanorum* 1757. 8uo *p.* 175. *ſqq.*); id quod etiam Galenus in ſua *ταξει* bene obſeruat.

5 *τεκτονες*) *τεκτων* tam late quam latinorum *faber* patet, ita vt adiiciendum ſit, in quo genere artifex ſit. *αρχιτεκτων* vero, quaſi maxime neceſſarius artifex, in conſtruendis aedificiis verſatur.

6 *εκκριτον*) HESYCH. *εκκριτος· ὁ εκλελεγμενος.*

7 *εξεβρασθη*) HESYCH. *εκβρασθειη· εκβληθειη, απορριφειη.* LEXICON regium Mſ. *εκβρασθεν· εκριφεν· λεγεται δε και επι των εκ της θαλασσης εκριπτομενων.*

8 *διαγραμμα*) Namque philoſophi apud veteres demonſtrationes ſuas mathematicas ſcribere in ſabulo ſoliti, inter ambulandum, quum aut ipſi de re aliqua cogitarent, aut diſcipulis comitantibus oſtendere aliquid vellent.

9 *βαρβαρους*) Graecos pariter ac poſtea Romanos omnes, qui de ſuis non erant, *barbaros* vocaſſe, quis eſt, qui neſciat? Inde *αντιθεσις* Galeni.

10 *γυμνασιον*) Locum, vbi philoſophi conuenire ſolent, ſignificat. Etenim quum iuxta gymnaſium xyſti ad exercitationes athleticas eſſent facti, philoſophi eodem conuenire et de rebus doctis diſputare, aut diſcipulos docere ſolebant. Qui xyſti quum eſſent arena contecti, id ad demonſtrationes mathematicas quaſi factum videbatur. Ea etiam erat illius temporis ratio, vt culturae iuuenilis corporis *publice* proſpiceretur, animi vero non item; quoniam reipublicae conditio fortitudinem et robur ciuium ad tuendam ciuitatem et arcendos hoſtes quam maxime deſiderare videbatur. Inde publice exſtructa Gymnaſia. Qui igitur animis ciuium ſua ſcientia et induſtria conſulere volebant philoſophi, in Gymnaſia deſcendere cogebantur, ſi auditores complures habere volebant. Inde Gymnaſia olim culturae corporis pariter ac animi inſeruiebant; etſi corporis cauſa exſtructa. Hodie res inuerſa. Sed, quod maxime dolendum, corporis culturae et exercitationi in pauciſſimis Gymnaſiis aliquid curae datur. — Quae quum ita ſint, non miran-

dum, Ariſtippum in Gymnaſium ſtatim ſe duci iuſſiſſe. Ceterum Galenus, qui diu Romae fuit, latinosque ſcriptores legere potuit, VITRVVII locum expreſſiſſe videtur, qui eſt *in praefatione L. VI. de Architectura* p. m. 102. (*edit. praeſtantiſſimae pariter ac rariſſimae Io. de Laet Amſtelod.* 1649. *Fol.*): *Ariſtippus philoſophus Socraticus, naufragio quum eiectus ad RHODIENSIVM littus animaduertiſſet geometrica ſchemata deſcripta, exclamauiſſe ad comites ita dicitur: bene ſperemus, hominum enim veſtigia video; ſtatimque in oppidum RHODVM contendit, et recta in Gymnaſium deuenit, ibique de philoſophia diſputans muneribus eſt donatus, vt non tantum ſe ornaret, ſed etiam eis, qui vna fuerant, veſtitum et cetera, quae opus eſſent ad victum, praeſtaret. Quum autem eius comites in patriam reuerti voluiſſent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renuntiari, tunc ita mandauit dicere, eiusmodi poſſeſſiones et viatica liberis oportere parari, quae etiam e naufragio vna poſſent enatare.* In quibusdam a Vitruuio diſcedit quidem Galenus, nihilo tamen minus ille plurimum ad huius intelligentiam facit.

11 ταυτι) Attici ι ſaepe in fine vocabulis adiungere ſolent, v. c. ὁυτοσι, ſic etiam in ταυτα, quod hoc loco eſſe debebat; ſed pro ταυτα ſemper ταυτι dicunt.

12 πλανητην) HESYCH. πλανητης· — *μετανατης, qui ex patria profugus eſt.* SVIDAS: πλανητης· ξενος, και πλανηται, οἱ τηδε κᾀκεισε περινοστουντες, *qui huc illuc itinera faciunt.*

13 Οιδιπουν) Pertinet hoc diſtichon ad SOPHOCLIS οιδιπουν επι κολωνῳ v. 3. Quod ignoraſſe videtur IOS. BARNESIVS, quem in editione Euripidis (*Cantabrig.* 1694. *fol.*) T. II. p. 521. hos verſus ad deperditam Euripidis fabulam *Oedipum* referre memini. Oedipus ab Antigona filia manu ductus, quippe caecus, ab oraculo iuſſus Atticam venit, vt ibi vitam cum morte commutaret. Sed ipſe, regno expulſus, omnibus rebus egebat. Qua de re dona vel viliſſima quisnam ſibi hoc die daturus ſit, quamque in regionem venerint, interrogat Antigonen.

14 καϑ' ἡμεραν την νυν) Perperam apud CHARTERIVM vertitur: *dies vagantem ſingulos donis recipiet hoc die rariſſimis.* Nihil enim amplius ſibi vult quam *hodie*, quod verborum poſitio ſatis docet. Rarior quidem paullo eſt vſus του καϑ' ἡμεραν hac ſignificatione, ſed eadem de cauſa adpoſitum την νυν (ſc. ουσαν). Sic etiam SCHOLIASTES τις τὸν πλανητην Οιδιπουν δεξεται, η τις ἡμας σημερον ὑποδεξεται; Σπανιστοις explicat SCHOLIASTES *Sophoclis* ευτελεσι, τοις κατα σπανιν του αιτουντος διδομενοις. Quod etiam ſequentes poetae verſus ſatis confirmant:

Σμικρον μεν εξαιτουντα, του σμικρου δ' ετι
Μειον φεροντα και τοδ' εξαρκουν εμοι.

Rarior ea eſt vocabuli σπανιος ſignificatio; plerumque enim *rarum indeque pretioſum aliquid* exprimit. PLVTARCHVS cum vocabulo πολυτελης coniungit.

15 προσιοντας) Id praue apud CHARTERIVM conuertitur: *hoſpites habuit aliquos, qui* — Participium iſtud cum verbo εχειν eodem modo coniunxit Galenus, quo HESIODVS εργων και ἡμερων v. 42.

Κρυψαντες γαρ εχουσι ϑεοι βιον ανϑρωποισι,

pro εκρυψαν, vt alia taceam. Qua de re ita graecum ſermonem in latinum debuiſſet conuertere interpres: *erant, qui ad eum accederent, et, quisnam eſſet, cognoſcerent.* Germanice: *es fänden ſich bald welche, die ſich ihm naeherten, nach ſeinen Umſtaenden fragten und* —

16 οικειους) Domeſticos alias in genere, ſed hoc loco amicos et cognatos ſignificat. Sic HESYCH. οικειοι· δι κατ' επιγαμιαν αλληλοις προσηκοντες. — και κατα οικιαν παντες.

17. συνεκκολυμβησει) Niſi PHAEDRI *fabulas aeſopicas* exiſtimarem ab omnibus legi, qui litteris operam dant, elegantiſſimam fabulam XXI.

L. IIII.

L. IIII. *naufragium Simonidis*, quae huc aperte facit, totam exſcriberem.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Πολλοι δε των κακοδαιμονων, και παντα προς τον πλουτον αποβλεποντων, εν τοιαυταις πραγματων περιστασεσι γενομενοι, χρυσον η αργυρον εξαψαμενοι [1]) τε και περιθεμενοι τω σωματι, προσαπωλεσαν αυτοις και την ψυχην, ουδε τουτο δυναμενοι συνιδειν, ότι και των αλογων ζωων αυται πρωτοι [2]) τα ταις τεχναις κεκοσμημενα μαλλον ασπαζονται· και γαρ τους πολεμικους [3]) ἱππους, και τας θηρατικους κυνας προ των αλλων τιμωσι· και τους μεν οικετας [4]) εκδιδασκονται τεχνας, παμπολυ πολλακις εις αυτους αργυριον αναλισκοντες, ἑαυτων δ' αμελουσι· καιτοι ουκ αισχρον, τον οικετην μεν ενιοτε δραχμων [5]) ειναι μυριων αξιον, αυτον δε τον δεσποτην αυτου μηδε μιας; και τι λεγω, μιας; ουδ' αν προικα [6]) τις τον τοιουτον λαβοι. Μηποτε αυτους μονους ητιμακασιν εκ παντων μηδεμιαν εκμαθοντες τεχνην; όταν γαρ και τα αλογα των ζωων εν τεχνικοις επιτηδευμασι [7]) παιδευωσι, και οικετην αργον και ατεχνον ουδενος αξιον ειναι νομιζωσιν, επιμελωνται δε και των χωριων και των αλλων κτηματων, όπως ἑκαστον εις δυναμιν ότι βελτιστον η, μονων δ' ἑαυτων αμελωσι, μηδ' ει ψυχην εχουσι γιγνωσκοντες, ευδηλον, ότι τοις αποβλητοις των οικετων εοικασιν· ὡστε τις επιστας [8]) ανδρι τοιουτω, προσηκοντως αν ειποι προς αυτον· ω ανθρωπε, οικια μεν σοι ευ εχει, και τ' ανδραποδα παντα, και ἱπποι δη, και κυνες, και χωρια, και ὁσα κεκτησαι, διακειται καλως, αυτον δε σε ουκ αγαθη κομιδη [9]) εχει. Καλως ουν και ὁ Δημοσθενης και ὁ Διογενης· ὁ μεν, χρυσα προβατα καλων τους πλουσιους και απαιδευτους· ὁ δε, ταις επι των κρημνων συκαις απεικαζων αυτους· εκεινων τε γαρ τον καρπον ουκ ανθρωπους,

θρώπους, αλλα κορακας η κολοιους εσθιειν· τουτων τε τα χρηματα μηδεν μεν οφελος ειναι τοις αστειοις [10]), δαπανασθαι δ' υπο των κολακων, οιτινες, εαν ουτως τυχη, παντων αυτοις αναλωθεντων, απαντωντες παρερχονται, μη γνωριζειν προσποιουμενοι· οθεν, ουδ' ο ταις κρηναις τους τοιουτους εικασας, αμουσος τις ην· και γαρ τοι και οἱ απο των κρηνων υδρευμενοι προσθεν, επειδαν μηκετ' εχωσιν υδωρ, ανασυραμενοι [11]) προσουρουσι [12])· και εστιν ευλογον, τους δια μηδεν αλλο η τα χρηματα περιβλεπτους, ἁμα τῳ στερηθηναι τουτων, ευθυς και των αλλων, ἁ δια ταυτ' ειχον, εστερησθαι. Τι γαρ αν και παθοιεν [13]), ιδιον μεν ουδεν αγαθον κεκτημενοι, αει δ' επι αλλοτριοις και τοις παρα της τυχης επαιρομενοι.

1 εξαψαμενοι) SVIDAS: εξαψαμενος· κατασχων, περιπλακεις. v. eundem in v. εξαπτεσθαι et HESYCH. i. v. eod.

2 αυτοι πρωτοι) Graeci per *adiectiuum* ſaepiſſime ſolent id exprimere, quod nos *aduerbio*; quae ratio dicendi deinde ad Romanos tranſiit. Sic πρωτοι hoc loco eſt *praecipue*, ordoque verborum ad interpretationem commodius ita collocatus: αυτοι πρωτοι ταυτα μαλλον ασπαζονται (εκ) των αλογων ζωων, ἁ ταις τεχναις κεκοσμηνται.

3 πολεμικους) πολεμικος ἱππος idem ac πολεμιστης ἱππος de quo in PHOTII *Lexico Mſc.* ουχ ὡς αν τις οιηθη, εις τους πολεμους επιτηδειος (namque hic στρατιωτικος vocatur)· αλλ' ὁ μεν εν τοις αγωσι σχημα φερων, ὡς εις πολεμον ευπρεπισμενος. Denotat igitur hoc loco equum ad certamina publica in circo habenda praeparatum et inſtitutum.

4 οικεται) HESYCH. οικετης· δουλος. Veteres ſeruos ſuos in variis artibus ad vſum domeſticum inſtituendos curarunt. NEPOS XXV. c. 13, 3. *vſus eſt familia, ſi vtilitate iudicandum eſt, optima, ſi forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri litteratiſſimi, anagnoſtae optimi et plurimi librarii; vt ne pediſſequus quidem quisquam eſſet, qui non vtrumque horum pulcre facere poſſet. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domeſticus deſiderat, adprime boni; neque tamen horum quemquam niſi domi natum, DOMIQVE FACTVM* (en Galeni οικετας εκδιδασκειν τεχνας) *habuit.* —

5 δραχμων) De drachmis aegyptiis hoc loco non accipiendum, quippe Galenus ſcriptor atticus. Drachma attica ſiue corinthiaca, denario Romanorum aequalis, valuit, ſi ad noſtram pecuniam ſpectes, tres groſſos miſnicos; Aeginaea vero, quae etiam huc non pertinere videtur, quinque. — En pretium ſeruorum praeſtantiorum apud veteres!

6 προικα) HESYCH. προικα (adde κατα)· δωρεαν, φερνην. παν γαρ δωρον προιξ.

7 επιτηδευμασι) in rebus artificioſis. HESYCH. επιτηδευμα. εργον, ποιημα. Infra c. VIIII. γιγνωσκοντας, ὡς ὁποσοις των επιτηδευματων ουκ εστι το τελος βιωφελες, ταυτ' ουκ εισι τεχναι, vbi ex oppoſitione των επιτηδευματων et των τεχνων ſatis adparet, id ſibi velle Galenum, vt τεχναι ſint

ται artes, quae vſum in vita habeant, επιτηδευματα vero, quae artis quidem ſatis, ſed vſus in vita parum aut nihil habeant. Ipſe vero Galenus ſibi repugnat *in commentar. III. in L. I. Epidemicorum Hippocratis:* καλουσι δ' επιτηδευματα, inquit, παντα όσα πραττουσιν οἱ ανθρωποι δια χρειαν η αναγκην, ειτε ναυτιλλομενοι, ειτε γεωργουντες, η οικοδομουντες, τα και τεκτηναμενοι, κυνηγετουντες, η φιλογυμναστουντες (*corporis exercitationem obeuntes*) ὡς λυεσθαι πολλακις εν ὑδασι θερμοις η ψυχροις. Ex his, quae adpoſuit, exemplis ſatis patet, Galenum hoc loco magis illud diſcrimen ſpectaſſe, quod AMMONIVS περι ὁμοιων και διαφορων λεξεων conſtituit: τεχνη επιτηδευματος διαφερει. τεχνη μεν γαρ εστιν, ἡ ανευ λογου μη δυναμενη ειναι, διον γραμματικη, ρητορικη. επιτηδευμα δε, το λογου χηρευον, διον χαλκευτικη, τεκτονικη De vocabulo επιτηδευμα quaedam etiam habet FOESIVS *in oeconomia Hippocratis* p. m. 233. (*Francof.* 1588. *fol.*) ſqq.

8 επιστας) quod male apud CHARTERIVM conuertitur, adſtans, quum ita potius e graeco verti debuiſſet: *adeo, vt, qui huncce hominem eiusque viuendi rationes obſeruaſſet* (*animum ad eum adtendiſſet*), *apte ipſi dicere poſſet.* — επιστηναι (τον νουν) τινι ſatis explicat HESYCH. επιστηναι. επικυψαι. Sic enim ipſe hunc locum legere malim, quam επικυδει, quod eſt in libris; vbi notandi HEINSIVS et KVSTERVS, qui in ſuis mutationibus criticis iuſto longius ab Heſychii verbo recedunt. Omiſſum vocabulum addit ipſe Galenus c. VII. ει γαρ επιστησαις τοις πραγμασι τον νουν. Alias omitti ſolet διανοια, v. LAMBERTVM BOSIVM *in Ellipſibus graecis* p. m. 83. (*edit. b. Schwebelii Norimberg.* 1763. *8uo.*) Exempla alia de hac ſignificatione congeſſere STEPHANVS *in theſauro L. gr.* i. v. εφιστημι et GV. BVDAEVS *in commentar. L. gr. p. m.* 478. (*Pariſ. ap. R. Steph.* 1548. *Fol.*)

9 κομιδη) HESYCH. κομιδη· επιμελεια.

10 αστειοις) ETYMOLOGICVM M. p. m. 158. αστειος· ὁ δι' ηθος χρηστον επαινουμενος (vir probus). Eadem ratione ipſe mihi interpretor locum illum CICERONIS *L. III. epiſtol. ad Famil. VIII. primum te hominem, non ſolum ſapientem, verum etiam, vt nunc loquimur, VRBANVM, non arbitrabar* — quod nequaquam, puto, repugnat V. S. R. ERNESTIO *in claue ciceroniana* v. *vrbanitas*, in primis ſi exemplum ab ipſo (*ad Famil. VII,* 3.) adlatum ſpectes.

11 ανασυραμενοι) prae pudore, vel etiam diſſimulandi cauſa, obducta veſte. HESYCH. ανεσυρατο· ανω τα ἱματια εσυρεν. ανασυραι· αποκαλυψαι, η περιποιησαι.

12 προσουρουσι) προσουρεω, *proprie,* ſecundo vento vtor; *hoc loco,* celeriter, quemadmodum nauis, quae ſecundo vtitur vento, praeterire.

13 παθοιεν) ſc. δεινον. *Et quid ea in re nouum ipſis accideret? quid ea in re mirabile ipſis accideret?* Praue enim haec verba conuertuntur apud CHARTERIVM: *quid etenim haberent?* τι γαρ αν και παθοις; eſt dictio, PLATONI, LVCIANO et aliis plurimum vſitata.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ.

Τοιουτοι δε τινες εισι και οἱ την ευγενειαν προβαλλομενοι και φρονουντες επ' αυτη μεγα. Και γαρ και ούτοι σπανισι[1]) των ιδιων αγαθων επι το γενος ἡκουσιν, ουδε τοσουτον γιγνωσκοντες, ότι ἡ αρα ευγενεια αυτη, εφ' ἡ σεμνυνονται[2]), τοις κατα πολιν νομισμα-

σιν

σιν εοικεν, ἁ παρα τοις θεμενοις [3]) ισχυονται, παρ' αλλοις εστι κιβδηλα [4]).

Ουδ' ευγενεια σ' ηρει εις ὑψος μεγα,
Κακον το μη εχειν, το γενος ουκ εβοσκε με [5]).

Καλος ουν, η [6]) Φησιν ὁ Πλατων, θησαυρος, αἱ των πατερων αρεται· καλλιον δ' αντιθηναι δυνασθαι τον του Σθενελου [7]) λογον.

Ἡμεις τοι πατερων μεγ' αμεινονες ευχομεθ' ειναι. ταυτην γαρ μονην εχοιμεν [8]) αν, ει δη τις εστιν ευγενειας χρεια, προς οικειον παραδειγμα του ζηλου ἡμιν γιγνεσθαι· ὡς ει γε κατα πολυ της των προγονων αρετης απολειπομεθα [9]), λυπη μεν αν ειη κακεινοις, ει τις αυτοις εστιν αισθησις· αισχυνη δ' ἡμιν αυτοις τοσῳ δε μειζων, ὁσῳ και το γενος περιφανεστατον [10]). οἱ μεν γαρ αμαθεις παντασιν, ασημοι [11]) τῳ γενει, τουτο γουν αυτο κερδαινουσι, το μη γινωσκεσθαι τοις πολλοις, ὁποιοι τινες εισιν· ὁσοις δε το λαμπρον και διασημον τȣ γενȣς ȣδε τȣ λαθειν εξουσιαν διδωσι, τι αλλο, η περιφανεστερον οὑτοι δυστυχουσι; και μεν γε και καταγιγνωσκονται μαλλον οἱ αναξιοι του γενους· ὡστ' ει και τις ηλιθιος [12]) ων, ὑπομιμνησκοι το λαμπρον τȣ γενȣς, ασυγγνωστοτερον ἑαυτῳ το κακον αποφαινει· ου γαρ ὁμοιως εξεταζομεν [13]) τε και βασανιζομεν [14]) τους επιτυχοντας [15]) ανθρωπους, τοις εκ γενους λαμπρου· αλλα τους μεν, καν μετριοι τινες ωσιν, αποδεχομεθα [16]), τη δυσγενεια της ενδειας την αιτιαν αναφεροντες· τους δ', ει μηδεν των προγονων αξιον εχοιεν, ȣδεπω θαυμαζομεν, αν και των αλλων ἁπαντων πολυ διαφερωσιν· ὡστ' ει τις ευφρονει, τεχνης ασκησει προσιτω· δι' ἡν, καν ευγενης ῃ, του γενους ουκ αναξιος φανειται· καν μη τοιουτος ὑπαρχῃ, το γενος αυτος επικοσμησει, μιμησαμενος τον παλαιον εκεινον Θεμιστοκλεα [17]), ὁς ονειδιζομενος επι τῳ γενει, αλλ' εγω τοις μετ' αυτον [18]) αρξω,

῾ξω, εφη, του γενους, και το μεν εμον απ᾽ εμου γενος ἀρξεται, το δε σον εις σε τελευτησει· ὁρας ὡς ουδεν κωλυει τον Σκυθην Αναχαρσιν [19]) και θαυμαζεσθαι τε και σοφον ονομαζεσθαι, καιτοι βαρβαρος ην το γενος. οὑτος ποτε προς τινος ονειδιζομενος ὁτι βαρβαρος ειη και Σκυθης, εμοι μεν ἡ πατρις ονειδος, συ δε τῃ πατριδι· πανυ καλως επιπληξας [20]) τῳ μηδενος αξιῳ λογου, μονον δ᾽ επι τῃ πατριδι σεμνυνομενῳ· ει γαρ επιστησαις τοις πραγμασι τον νουν, ου δια τας πολεις ἑυροις αν εν δοξῃ τους πολιτας γιγνομενους, αλλ᾽ αυτο δη τουναντιον, δια τους αγαθους ανδρας εν ταις τεχναις, και τας πατριδας αυτων μνημονευομενας. Τις γαρ ην Σταγειρων [21]) λογος, ει μη δι᾽ Αριστοτελην; τις δ᾽ αν Σολων, [22]) ει μη δι᾽ Αρατον τε και Χρυσιππον [23]), ὁπȣ και των Αθηνων αυτων μεχρι πορρω τουνομα πεφοιτηκεν [24]), ου δια την της γης αρετην, λεπτογεως [25]) γαρ, αλλα δια τȣς εν αὐτῃ φυντας, οἱ, πλειστοι τε και αριστοι γενομενοι, μετεδοσαν [26]) τι και τῃ πατριδι του σφετερου κλεους· μαθοις δ᾽ αν εναργεστατα [27]) το τοιουτον αληθες ον, ει τον ῾Υπερβολον [28]), η τον Κλεωνα λογισαιο, τοσουτον απο των Αθηνων κερδησαντας, ὁσον αν τις εις περιφανειαν κακων επικτησαιτο. Ην ὁτε συας Βοιωτιον εθνος ενεπον, ὁ Πινδαρος [29]) φησι· και παλιν ὁ αυτος· ει εκφευγομεν Βοιωτιαν ὑν. αξιων, ὁλον σχεδον εθνους τον επ᾽ αμαθιᾳ ψογον [30]) απολυεσθαι δια την ἑαυτου μȣσικην [31]).

1 σπανιει) Vocabulum mihi ignotum. σπανια, σπανιοτης, σπανις alias occurrunt. Nouum eſſet σπανισις et contra analogiam factum. Datiuus pluralis vocabuli ἡ σπανις eſſe, eaque de cauſa in plurali poſitum eſſe poteſt, quoniam δυτοι praeceſſerat; licet ea in re ab vſu dicendi receſſiſſe Galenum haud infitiar. Qua de re malim σπανιοι (των ιδιων αγαθων, qui propria bonitate et virtute egent) legere, quum huic vocabulo non minus quam τῳ σπανιζειν, omiſſa επι, genitiui iungi poſſunt. Nihil enim facilius commutari poteſt, quam ει et οι ſi nempe ſcripturam minutam in plerisque graecis codicibus ſpectes.

2 σεμνυνονται) HESYCH. σεμνυνεσθαι· κομπαζεσθαι, μεγα φρονειν, λαμπρυνεσθαι.

3 θερμοις)

3 θεμενοις) τιθεσθαι νομισματα, numos percutere. Sic apud HESYCHIVM eſt: τιθεντες· ποιουντες, quod ex hoc loco aliquantulum, puto, illuſtratur.

4 κιβδηλα) HESYCH. κιβδηλον· φαυλον, νοθον, αδοκιμον nempe νομισμα. GALENVS *de libris propriis* apud Charterium T. I. p. 45. καθαπερ οι νομισμα κιβδηλον, εοικε μεν τω δοκιμω, μοχθηρος δε κατ' αληθειαν εστο (ſc. ὁ λογος επιδεικτικος) —.

5. ουδ' ευγενεια) Sic habet CHARTERIVS. Sed in verſu poſteriori Aldina et Baſileenſis editt. habent κατα το μη — nec vnde ſuam hauſerit lectionem indicauit Charterius. Ex quo vero poeta comico ſumtum ſit hoc diſtichon, dicere equidem nequeo. Qua de re etiam ne ex verborum quidem comprehenſione ſenſum expedire poſſum. Senſus duplex eſt. Si enim cum Charterio legamus κακον, tunc interpuncta verborum ita ego colloco:

Ουδ' ευγενεια σ' ηρεν εις ὑψος μεγα.
Κακον το μη εχειν (ſc. εστι); το γενος ουκ εβοσκε με.

*Neque vero te claritas generis in ſummum extulit. Sed num malum eſt, ea carere? Me quidem numquam generis deſiderium cepit*, aut: *mihi quidem numquam nobile genus profuit*. vel ſi malis: *numquam ipſe ob nobile genus ſpiritus mihi maiores ſumſi*. Si vero κατα legamus, κατα το μη εχειν eſſet, *quia ipſe non habeo*. Quem loquendi morem exemplis confirmat CLAVD. LANCELLOTIVS p. m. 406. (*Nouvelle Methode pour apprendre la langue grecque a Paris* 1696. 8uo.)

Κατα το μη εχειν (την ευγενειαν), το γενος ουκ εβοσκε με,

*quia ipſe non habebam generis claritatem, nec ea potuit me in altiorem locum extollere*, ſed propria virtus. Sed nec βοσκειν ea ſignificatione mihi vmquam occurrit. Qua de re haud parum ſe mihi probat ingenioſa SEYBOLDI mei V. cl. coniectura, qui, a me olim in conſilium huius loci cauſa vocatus, pro εβοσκε, εβλαψε et και pro κατα, quod et metrum ſuadet, legendum eſſe cenſet. Pulcra ſane αντιθεσις: Te nobilitas generis in eum, quem tenes, locum non extulit, nec mihi, quod ea deſtituor, id quidquam nocuit.

6 η φησιν) ἤ· αληθως, οντως. HESYCH. Si accentus adiicere velimus, ex Aldin. et Baſil. ἦ legendum; quod CHARTERIVS male cum ᾗ commutauit.

7 Σθενελου) Sthenelus, Capanei et Euadnes filius, inter heroas Graecorum, qui bello Troiano interfuere, occurrit. PHILOSTRATVS *in heroicis* de eo habet plura. Verſus, quem Galenus laudat, eſt HOMERI *Iliad.* Δ, 405. ευχομεθ' Homeri SCHOLIASTES explicat καυχωμεθα, HESYCHIVS vero φαμεν, quod eſt, confidenter dicimus, etenim notum illud: αυτος εφα.

8 εχοιμεν αν) Aldin. et Baſil. habet εχομεν αν. Neque ego id falſum eſſe crediderim, quin potius a librariis forſan vti et a CHARTERIO neglectum, quoniam non adeo ſaepe αν cum indicatiuo occurrit. αν indicatiuo iunctum iam per ſe ſenſum coniunctiui efficit. Qua de re adeat, cui libet et vacat, CLAVD. LANCELLOTIVM l. l. p. m. 518.

9. απολειπομεθα) απολειπεσθαι *abeſſe* denotat. Id ſibi HESYCHIVS velle videtur, qui απολειπεται, απομενει eſſe dicit. BVDAEVS *in commentar. L. gr.* p. m. 756. locum XENOPHONTIS adfert, qui haec optime illuſtrat: και ουκ απελειπετο Σωκρατους, ει μη ην αναγκαιον. Addo locum noſtri, qui infra c. XI. occurrit: καν αφικωνται ποτε εις τουτο, των Ομηρικων (κατ') ουδεν απολειπονται λιτων. —

10 περιφανεστατον) HESYCH. περιφανεια. λαμπροτης, δοξα. περιφανεστερον· εμφανεστερον. Ceterum περιφανεστατον τω μειζον ſubiungi, non adeo mirabile videbitur ei, qui uel paullum Graecorum ſcripta legit.

11 ασημος

11 ασημοι) HESYCH. ασημον· αφανες, αγνωστον, cui opponitur διασημος. A re militari ſumta vocabuli poteſtas. Namque duces in praelio ob capitis ornatum armaque ſplendidiora erant (διασημοι) *inſignes*, adeo vt facile ab aliis conſpici cognoſcique poſſent. τοις πολλοις, quod mox ſequitur, eadem ſignificatione poſitum eſt, qua apud latinos *vnus è multis* ſaepe occurrit. Nempe plebem, multitudinem hominum, quos inter viuimus, ſignificat. Inde articulus adpoſitus.

12 ηλιθιος) PLATO *Alcibiad.* II. p. m. 453. ούτω μεν και την αφροσυνην διειληφοτες εισι. Και τους μεν πλειστον μερος αυτης εχοντας, μαινομενους καλουμεν. τους δε ολιγον ελαττον, ηλιθιους. ETYMOLOGICVM M. ηλιθιος· ὁ ανοητος και μωρος. Sed quoniam κακον ſequitur et ὑπομνησκει, — videtur ηλιθιος hoc loco ſumendum pro eo, qui ſua ſtupiditate in calamitatem quamdam incidit.

13 εξεταζομεν) ETYMOLOGICVM M. ὥσπερ παρα τὸ ματαιον, γινεται ματαιαζω, ουτω και παρα το ετεον, το αληθες, γινεται ετεαζω, το την αληθειαν ερευνω και εμφαινω. και αποβολη του ε εταζω, και εξεταζω.

14 βασανιζομεν) ETYMOLOGICVM M. βασανιζειν· το ανακρινειν, και δοκιμαζειν, και ελεγχειν τ' αληθες δια λογων. βασανος γαρ εστι λιθος λεγομενη, ῆ το χρυσον παρατριβομενον δοκιμαζουσι. Haec eſt in vtroque ſignificatio prima, eaque ob verborum, quae ſequuntur, comprehenſionem, retinenda. Namque de illo caſu egeſtatis (ενδειας) ſermo eſt, ſi nobilis et ignobilis ope noſtra egeant, vtri paratiorem habeamus animum. Magis in nobilibus ſuſpicioſi ſumus, ait Galenus, culpamque omnem ad ipſos, contra vero in ignobilibus ad fortunam referre ſolemus. Adeoque falſo interpres apud CHARTERIVM εξεταζομεν conuertit *aeſtimamus*; quod alias hac ſignificatione occurrere equidem non infitior. *Aeſtimare* ſaltem ambiguum eſt vocabulum.

15 επιτυχοντας) plebeios. SVID. et HESYCH. per ευτελεις explicant. Μετριοι vero hoc loco ſignificat homines mediocris eruditionis pariter ac fortunae.

16 αποδεχομεθα) αποδεχεσθαι nonnunquam ſignificat *probare, laudare*. HESYCH. αποδεκτον· επαινετον, quia quae recipimus aut admittimus, nobis ſe probare ſolent.

17 Θεμιστοκλεα) Galenus cum CORNELIO NEPOTE pugnat, qui II, 1. habet: *pater eius Neocles generoſus fuit.* Ceterum eamdem ſententiam habet AVCTOR *orationis in Salluſtium*, quem nonnulli CICERONEM eſſe ferunt; *ſatius eſt*, inquit, *meis geſtis florere, quam maiorum opinione vti, et ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium et virtutis exemplum.*

18 μετ' αυτον) Ex Aldina et Baſileenſi reſtitui μετ' αυτον, vt lectionem ob difficultatem ſecundum criticorum regulas veri magis ſimilem. CHARTERIVS habet απ' εμαυτου. Ex codice aut ſua coniectura, neſcio. Si ex codice quodam, varietas lectionis è mox ſequente απ' εμου, aut ex gloſſa in margine adſcripta naſci potuit. μετ' αυτον vero iſtud nihil aliud ſibi vult, quam *poſt me ipſum*, omiſſo εμε, quae quidem ellipſis του εμου non adeo inuſitata eſt. Galenus, aut quisquis ille eſt, ex quo haec de Themiſtocle refert, Homerum imitatus eſſe videtur, quem non facile εμαυτου, σεαυτου, ἑαυτου, ſed eius loco εμου αυτου, σου αυτου, ὁυ αυτου, et ſimiliter per omnes caſus ſcripſiſſe, ſaepeque pronomina primitiua ea in poſitione omiſiſſe obſeruat CL. LANCELLOTIVS in *Nouvelle methode pour apprendre la langue grecque p.* 109.

19 Αναχαρσιν) Anacharſis philoſophus, Solonis aequalis, de quo PHAEDRVS L. III. *prol.* v. 52. p. m. 46. (*edit. Gronouior. Amſtel.* 1703. 8*uo.*)

*Si Phryx Aeſopus potuit, ſi Anacharſis Scytha*
*Aeternam famam condere ingenio ſuo.*

Exſtat

Exſtat etiam eius dictum apud STOBAEVM *ſerm.* 84. quum per conuicium Scytha, ob generis ignobilitatem, vocaretur, genere Scytha ſum, ſed ingenio et moribus nequaquam.

20 *επιπληξας*) HESYCHIVS, qui hoc noſtro loco aliquantulum illuſtratur: *επιπληξειν· επελθειν, επιτιμησαι, ὑβρισαι. επιστησαις* v. ſupra c. VI, 8. *επιστας. δια τους αγαθους ανδρας*, quod paullo infra ſequitur, apud ſcriptores veteres, quae tum erat reipublicae conditio (v. ſupra ad C. V, 10.), homines plerumque deſignat virtute bellica, interdum etiam moribus, arte et eruditione claros. Ea de re hoc loco *ει ταις τεχναις* additum.

21 *Σταγειρων*) Stagirus ſiue Stagira eſt vrbs inter Amphipolim et Acanthum in Macedonia ſita, nulla alia re, niſi Ariſtotelis natiuitate, clara. *λογος* hoc loco ſingulari ſignificatione poſitum pro *notitia, laude*, ſic paullo ante, *τῳ μηδενος αξιῳ λογου. λογου τυχειν, αντι του επαινου.* HARPOCRATION p. 113. (*edit. Gronouii Lugduni Bat.* 1696. 4to.)

22 *Σολων*) *Σολοεις, Σολευς*, Solus, Soluntum, eſt vrbs ignobilis Siciliae prope Panormum, vnde Aratus, poeta, Theocriti aequalis, oriundus, qui per ſua carmina *φαινομενα* et *διοσημεια*, in quibus ſitum, motum, occaſum, ortum, numerumque ſtellarum, quae adparent, explicat, ſatis clarus eſt.

23 *Χρυσιππον*) Chryſippus, Zenonis diſcipulus, Stoicorum princeps, Apollonidae filius fuiſſe dicitur, Solenſis, aut, ſecundum alios, Tarſenſis. PETRONIVS de eo: *Chryſippus* (cuius vtinam exemplum philoſophorum nonnulli hodie ſequerentur) *vt ad inuentionem ſufficeret, ter Helleboro animum deterſit.* Namque in dialectica clariſſimus erat, acutus vir, qui cum plurimis ſui temporis philoſophis bella gerebat, Sorite numquam finiendo, ceu armis pugnans. Fertur dictum cuiusdam hominis ingenioſi: ſi apud deos dialectica haberetur, non aliam eſſe futuram, quam Chryſippi. Scripſit vltra ſeptuaginta quinque volumina, inter quae et hiſtorica fuiſſe dicitur. Mortuus circa Olympiadem CXXXXIII. annum agens LXXIIII.

24 *πεφοιτηκεν*) HESYCH. *πεφοιτηκοτες· παραγενομενοι.*

25 *λεπτογεως*) Sic etiam apud HESYCHIVM lego pro *λεπτογεων· κενος αγρος. ἡ λεπτη γη και μη λιπαρα.*

26 *μετεδοσαν*) *και τη πατριδι* (intellige *απο*) *του σφετερου κλεους.*

27 *εναργεστατα*) HESYCH. *εναργη· δηλα, φανερα, βεβαια, ασφαλη.*

28 *Ὑπερβολον*) de Hyperbolo Athenienſi plane nihil mihi notum. Cleon vero Athenienſis homo erat ex infimo genere natus, inuidus, impudens, clariſſimorum hominum obtrectator, ſuae fortitudinis, quae tamen nulla erat, plurimus iactator, quem omnes boni oderant, plebs vero ridebat. Mortuus anno III. Olymp. LXXXVIIII.

29 *Πινδαρος*) Pindarus erat Thebanus, qua de re ab ATHENAEO L. I. *κατ' εξοχην* vocatur *ὁ Θηβαιος μελοποιος.* STRABO L. VII. p. 373. habet:

*Ην, ὅτε Ὑας Βοιωτιον εθνος ενεπον,*

*ενεπον* ionice; Dorici vero, qualis Pindarus, *ενεπον*, quod SCHOLIASTES ad PINDARI *Olymp.* VI, 148. ſſ.

*— — οτρυνον νυν ἑταιρους,*
*Αινεα πρωτον μεν Ἡ-*
*ραν Παρθενιαν κελαδησαι.*
*Γνωναι τ' επειτ' αρχαιον ονειδος αλα-*
*θεσιν λογοις ει φευγομεν Βοιωτιαν*
*Ὑν — — — — —*

verboſe ſatis explicat, cuius verba, quum rem mirum quantum illuſtrent, huc addenda putaui: *αποστρεφει τον λογον προς τον Αινεαν, τον χοροδιδασκαλον — λεγων παρορμησον νυν, ω Αινεα, τους ἑταιρους, τους εν τῳ χορῳ,*

χορῳ, ὡστε ὑμνησαι πρωτον μεν την Ἡραν. Επειτα δε γνωρισαι τοις λεγοις ποιησον αυτους, ει, κατα τον αληθη λογον, εκφευγομεν το ονειδος των Βοιωτων, και την παροιμιαν την λεγομενην, Βοιωτια ὑς. Ἡ δε παροιμια εντευθεν. Ὑαντες, εθνος βαρβαρον, αρχαιον, κατῳκησαν την Βοιωτιαν. δυστινας εκ διαφθορας του ονοματος, αντι του Ὑαντας λεγειν, Ὑς εκαλουν ὡστε και τοις ὑστερον διαδοθηναι την λεξιν επι των Βοιωτων, και λοιπον νομισθηναι, δια πολλην αλογιαν και αγροικιαν δυτως εξ αρχαιου αυτους κεκλησθαι. Τους δε βουλομενους εις απαιδευσιαν επισκωπτειν τινας, τουτο λεγειν, βοιωτια ὑς. Et in Scholiis νεωτεροις: Ὑαντες, εθνος αρχαιον και βαρβαρον, ῳκησαν εν Βοιωτιᾳ, δυς δια πολλην προσοῦσαν αυτοις αλογιαν σκωπτοντες τινες και παραφθειροντες το ονομα ἱνα ἑκαστον τουτων Ὑν ελεγον. Και επεκρατησε τοσουτον ἁυτὴ ἡ διαφθορα, ὡς ονειδος τοις Θηβαιοις. Satis noti CORNELII NEPOTIS loci, qui id confirmant, alter *in Alcibiade XI. Omnes enim Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inſeruiunt*; alter *in Epaminonda* c. V. *Namque illi genti plus virium quam ingenii.* Addo DIODORVM SICVLVM L. XV. δι δε Θηβαιοι τηδε ρωμη των σωματων και ταις αλκαις διαφεροντες.

30 ψογον) id HESYCH. per ονειδος explicat. απολυεσθαι, *dilui, diſſolui*, vti apud XENOPHONTEM *Cyrop.* L. VIII. μονον, εφη, εμε απολυσον ταυτης της επιμελειας.

31 μουσικην) HESYCH. μουσικην· πασαν τεχνην δι Αττικοι. PHOTII *Lexicon Mſc.* μουσικην· και την μαντειαν οἱ παλαιοι, καὶ την ποιητικην. Hoc loco igitur *carmina.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Επαινεσῃ δ' αν τις και τον Αθηνησι νομοθετην, ὁς τον μη διδαξαντα τεχνην, εκωλυε προς του παιδος [1]) τρεφεσθαι. τεχνης ἁπασης κατ' εκεινον μαλιστα τον χρονον ασκουμενης, ηνιχ' ὡραιοτατα [2]) φαινεται τα σωματα, πολλοις συνεβη περιβλεπτοις [3]) δια καλλος γεγενημενοις, αμελησαι της ἑαυτων ψυχης, ειθ' ὑστερον, ὁτ' ουδεν οφελος, λεγειν,

> Ειθ' ωφελεν [4]) το καλλος, ὁ με διωλεσε
> Κακως ολεσθαι. — — —

τηνικαυτα δ' αυτους και το του Σολωνος εισερχεται, σκοπεισθαι κελευοντος εν τοις μαλιστα το τελος του βιου, ειτα και τῳ γηρᾳ λοιδορουντας [5]), δεον ἑαυτοις και τον Ευριπιδην [6]) επαινουσι λεγοντα,

> — — — ου γαρ ασφαλες ειναι
> Περαιτερω το καλλος, η μεσῳ λαβειν.

αμεινον ουν εστιν εγνωκοτας την μεν των μειρακιων ὡραν [7]) τοις ηρινοις ανθεσιν εοικυιαν, ολιγοχρονιον τε την τερψιν εχουσαν, επαινειν τε και την Λεσβιαν [8]) λεγουσαν·

 Ὁ μεν

Ὁ μεν γαρ καλος, ὁσον ιδειν πελεται·
Ὁ δε καγαθος, αυτικα και καλος[9]) εσται.

πειθεσθαι δε και Σολωνι την αυτην γνωμην ενδεικνυμενῳ· το δε γηρας, καθαπερ χαλεπον εφεδρευοντα χειμωνα, δεομενον ουχ ὑποδηματων μονων και εσθητος, αλλα και οικησεως επιτηδειας, και μυριων αλλων, παρασκευαζεσθαι προς αυτο, καθαπερ αγαθον κυβερνητην, εκ πολλου προς χειμωνα· μοχθηρον γαρ το,

— — ῥεχθεν[10]) δε τε νηπιος εγνω.

προς τι γαρ αν και φαιη τις ειναι χρησιμον, ανασκητον νεου καλλος; αρα γε εις πολεμον; και μην ουχ αστοχως[11]) τις επιφωνησειε τοις τοιουτοις,

Αλλα συ[12]) γ' ἱμεροεντα μετερχεο εργα γαμοιο.

και[13])

Αλλ' εις οικον[14]) ιουσα τα σαυτης εργα κομιζε

και γαρ[15]) ὁ Νιρευς, καλλιστος μεν ανηρ ὑπο Ιλιον ηλθεν,

Αλλ' αλαπαδνος[16]) εην — — —

και δια τουθ' ἁπαξ[17]) αυτου μονον εμνημονευσεν Ὁμηρος εν νεων καταλογῳ[18]), προς επιδειξιν, εμοι δοκει, της των καλλιστων ανδρων αχρηστιας, ὁταν αυτοις ὑπαρχῃ μηδεν αλλο των εις τον βιον χρησιμων. ουδε μην εις πορον χρηματων, ει τινες των κακοδαιμονων[19]) λεγειν τολμωσι, το καλλος εστι χρησιμον· ὁ μεν γαρ ελευθεριος τε, και ενδοξος, και βεβαιος χρηματισμος απο τεχνης γινεσθαι πεφυκεν[20])· ὁ δ' απο σωματος και καλλους, αισχρος εστι και διαπαντος επονειδιστος. χρη τοινυν τον νεον πειθομενον τῳ παλαιῳ παραγγελματι, την ἑαυτου μορφην εν κατοπτρῳ θεασαμενον, ει μεν καλος ειη την οψιν, ασκησαι τοιαυτην ειναι και την ψυχην, ατοπον ἡγησαμενον, εν καλῳ σωματι ψυχην αισχραν οικειν· ει δ' αισχρος αυτῳ φαινοιτο την του σωματος ιδεαν[21]) ειναι, τοσῳ δε μαλλον επιμεληθηναι της ψυχης, ἱν' εχῃ λεγειν το Ὁμηρικον[22]),

Αλλος

Αλλος δ' αυτ' ειδος μεν ακιδνοτερος πελει ανηρ,
Αλλα θεος μορφην επεσι στεφει· οἱ δε τ' ες αυτον
Τερπομενοι λευσσουσιν· ὁ δ' ασφαλεως αγορευει
Αιδοι μειλιχιη, μετα δε πρεπει αγρομενοισιν.
Ερχομενον δ' ανα αστυ, θεον ὡς εισορωωσιν.

εξ ἁπαντων τοινυν των ειρημενων τοις γε μη πανταπασιν ανοητοις εναργως[23]) φαινεται, μητ' επι γενους λαμπρότητι, μητ' επι πλουτῳ τε και καλλει θαρρησαντα,[24]) καταφρονησαι τεχνης ασκησεως· αυταρκη μεν ουν και ταυτα. καλλιον δ' ισως προσθειναι και το του Διογενους, ὁιον αγαθον τινα επῳδον· ὁς ἑστιωμενος παρα τινι, των μεν ἑαυτου παντων ακριβως προνενοημενῳ, μονου δ' ἑαυτου πανταπασιν ημεληκοτι, χρεμψαμενος ὡς πτυσων, ειτ' εν κυκλῳ περισκοπησας, εις ουδεν μεν των περιξ[25]) επτυσε, αυτῳ δε μονῳ προσεπτυσε τῳ δεσποτῃ της οικιας. αγανακτουντος δ' αυτου, και την αιτιαν ερωτωντος, ουδεν εφησεν ὁραν ὁυτως ημελημενον των κατα την οικιαν, ὡς εκεινον· τους γαρ τειχους ἁπαντας, αξιολογοις γραφαις κεκοσμησθαι· το δ' εδαφος[26]) εκ ψηφων πολυτελων συγκεισθαι, θεων εικονας εχον εξ αυτων διατετυπωμενας, ἁπαντα τα σκευη[27] λαμπρα και καθαρα, και την στρωμνην[28]), και τας κλινας εις καλλος εξησκησθαι[29]), μονον δ' εκεινον ὁραν ημελημενον. ειθισθαι δ' ἁπασιν ανθρωποις, εις τους ατιμοτατους των παροντων τοπων αποπτυειν. μη τοινυν εασης, ω μειρακιον, αξιον του προσπτυεσθαι γενεσθαι σεαυτον· μη δ' αν ἁπαντα σοι τ' αλλα καλλιστα διακεισθαι δοκῃ· σπανιον μεν γαρ εστι και το τυχειν αυτων ὁμου παντων, ὡς ευγενη τε, και πλουσιον ειναι, και καλον ἁμα τον αυτον· ει δ' αρα και συνελθοι ποτε, δεινον αν ειη μονον εν ἁπασι τοις ὑπαρχουσιν ἑαυτον καταπτυστον[30]) ειναι.

1 προς του παιδος) *a filio.* HESYCH. προς αυτου. παρ' αυτου. Idem SVIDAS.

2 ὡραιοτατα) HESYCH. explicat: ὡραια. ακμαζουσα.

3 περιβλεπτοις) HESYCH. qui ex hoc loco illuſtratur, περιβλεπτος· περιβοητος· SVIDAS περιβλεπτος· εξοχος, μεγιστος.

4 ειθ᾽ ωφελον) Hoc diſtichon EVRIPIDIS eſſe puto, ſed locum invenire non potui. Pari fere ratione ille *Helen.* v. 267. ſeqq.

> Τερας γαρ ὁ βιος, και τα πραγματ᾽ εστι μοι·
> Τα μεν δι᾽ Ἡραν, τα δε το καλλος αιτιον.
> Ειθ᾽ εξαλειφθεισ᾽, ὡς αγαλμ᾽ αυθις παλιν,
> Αισχιον ειδος αντι του καλου λαβειν.

Et poſtea v. 311. ſeq.

> Αἱ μεν γαρ αλλαι δια το καλλος ευτυχεις
> Γυναικες· ἡμας δ᾽ αυτο τουτ᾽ απωλεσεν.

5 λοιδορουντας) CHARTERIVS *in notis* ad hunc locum: λοιδορουνται *lamotias*. Quod coniectura ſit, an lectionis varietas, non indicat, vti ſolet. Sed neutra opus eſt. Namque ordo verborum paullo implicatior ſic ſe habet: Σολωνος — κελευοντος ειτα και τῳ γηρᾳ λοιδορουντας, δεον ἑαυτοις, ευ τοις μαλιστα το τελος του βιου σκοπεισθαι. *Deinde etiam ad iſtos Solonis illud pertinet, qui eos, qui forte poſtea, quam ſe debeant, ſenectutem increpant, finem vitae in primis ſpectare iuſſit.* Sic etiam interpuncta verborum mutanda, quae in nulla editione recte collocata deprehendi: poſt βιου *comma*, poſt ἑαυτοις *punctum* ſuperne poſitum. Ceterum pari ratione loquutus HOMERVS *Iliad.* P, 30. ſeq.

> — αλλα σ᾽ εγω αναχωρησαντα κελευω
> Ες πληθυν ιεναι, μηδ᾽ αντιος ιστασ᾽ εμειο.

Aliud huius rei exemplum vide infra in hoc noſtro capite: θαρρησαντα καταφρονησαι.

6 Ευριπιδην) mira in hoc diſticho lectionis varietas. CHARTERIVS legit:

> — — — ου γαρ οφελος ειναι
> Περαιτερω το καλλος η μεσω λαβειν.

Editt. Aldin. et Baſil. ου γαρ αφαλες — vbi ſtatim mendum ſubeſſe adparet. Vellem Charterius, qui in ſua ad medicos Pariſienſes oratione ſe codices manu ſcriptos non ſulum ſed et coniecturas eruditorum in emendando Galeno in conſilium vocaſſe dicit, vel paruulis notis indicaſſet, quam ex codicibus mutationem, quamue ex ingenio et aliorum coniectura in comprehenſionem verborum recepiſſet. IOS. BARNESIVS, qui hoc mutilum diſtichon inter *incertarum tragoediarum fragmenta* T. II. p. 514. recenſet, habet:

> — — — ου γαρ ασφαλες
> Οιμαι περαιτερον καλλος, η ᾽ν μεσῳ λαβειν

*in nota*: alias ου γαρ οφελος ουδεν Περαιτερω το καλλος, η ᾽ν μεσῳ λαβειν *Galen. protrept.* quod vero nulla, qua vtor, editio habet. Nec puto in GOVLSTONI, qua deſtituor, editione id haberi, quum Charterius, qui eam inſpicere poterat, nihil notet. Malim potius ſummae, quam in BARNESIO obſeruaſſe mihi videor, negligentiae dare, quod ea ſe legiſſe putaret, quae numquam legerat. Quidquid ſit, ego nunc, quae mihi hac de re videntur, exponam. αφαλες in editt. Ald. et Baſil. ex codicum errore pro ασφαλες eſſe expreſſum, res ſtatim docet. Namque αφαλες nihil eſt, et οφελος ex coniectura paullo infeliciori apud Charterium ortum puto. Οιμαι, niſi codices habeant, ipſe reiicio, ac το ειναι ad verſum priorem referre malim. περαιτερω, quod editiones meae habent, retineo. SVID. περαιτερω. πλεον, πανυ, fere hunc locum ſpectaſſe videtur. Namque alias περαιτερω eſt πλειω εμπροσθεν, vti habet HESYCH. ᾽ν pro εν abeſſe ελλειπτικως poteſt; ipſe, quoniam meae editiones non habent, reiicio. Itaque ſic lego hoc diſtichon.

> — — ου γαρ ασφαλες ειναι
> Περαιτερω το καλλος η μεσῳ λαβειν,

namque

namque non eſſe tutum, pulcritudine vltra mediocritatem eſſe exornatum (ſc. λαχῳ λαβειν).*

7 ὡραν) HESYCH. ὡρα· καλλος, ευμορφια. Vide ſupra not. 2.

8 Λεσβιαν) Sapphum. Galenus ſolus hoc fragmentum nobis conſervauit, quod IO. CHRISTI. WOLFIVS (SAPPHVS *poetriae Lesbiae fragmenta et elogia Hamburgi* 1733. 4to) p. 72. habet. Eamdem vero ſententiam expreſſit EVRIPIDES T. II. p. 512. v. 318, ſeqq.

Ουδεμιαν ωνησε καλλος εις ποσιν ξυναορον
'Η ξετη δ' ωνησε πολλας· πασα γαρ αγαθη γυνη,
'Η τις ανδρι συντετηκε, σωφρονειν επισταται.
Πρωτα μεν γαρ τουθ' ὑπαρχει· καν αμορφος ην ποσις,
Χρη δοκειν ευμορφον ειναι τηγε νουν 'κεκτημενη·
Ου γαρ οφθαλμος το μορφην κρινον εστι, αλλ' ὁ νους.

9 καλος) καλος in verſu poſteriori mihi videtur ea ratione poſitum, quam GEORGIVS ARNALDVS (*d'Arnaud*) in *ſpecimine animaduerſionum criticarum ad aliquos ſcriptores Graecos* (*Harlingae* 1728. 8*uo*) p. 9. probat, nempe καλον etiam dici *amatum*. SVID. και καλος ὁ ερωμενος. Ita igitur interpretor hunc locum: *qui pulcher eſt, eſt, dum videmus: qui vero etiam bonus*, (pulcher non ſolum, ſed etiam bonus) *is mihi erit carus, is mihi pulcher ſit*. Plurimum fallor, aut hac interpretatione diſtichon iſtud magis placebit.

10 ρεχθεν) eſt verſus HOMERI *Iliad.* P, 32. ad quem locum HESYCH. ρεχθεν· πραχθεν, συντελεσθεν.

11 ουκ αστοχως) commode, congruenter. αστοχειν eſt αφαμαρτανειν του σκοπου, v. BVDAEI *commentar. L. gr. p. m.* 340.

12 Αλλα συ) Eſt verſus HOMERI *Iliad.* E, 429. Zeus pater Venerem, quae praelio Graecorum et Troianorum immixta, male a Diomede habita diſceſſerat, ita adloquitur:

Ου τοι, τεκνον εμον, δεδοται πολεμηϊα εργα,
Αλλα συ γ' ἱμεροεντα μετερχεο εργα γαμοιο·
Ταυτα δ' Αρηϊ θοῳ και Αθηνῃ παντα μελησει.

ἱμεροεντα HESYCH. per επεραστα explicat.

13 και) quod habet poſt verſum primum CHARTERIVS, Aldina et Baſileenſis perperam omittunt. Sed quoniam Charterius ſe ex codice manu ſcripto habere non indicauit, malim και παλιν legere; ſic enim ſolent Graeci.

14 αλλ' εις οικον) *Iliad.* Z, 490. Hectoris ſermo ad vxorem (etiam *Odyſſ.* A, 356.) κομιζε· επιμελειας αξιου HESYCH. qui etiam οικον ad hunc locum μερος τι της οικιας eſſe dicit. Nempe γυναικωνιτις interior aedium pars.

15 και γαρ ὁ Νιρευς) Neſcio, quo pacto factum ſit, vt CHARTERIVS haec, quaſi verſus ſint, diſpoſuerit, non videns, verſum medium claudicare, et, ſi verſus eſſe debuiſſet, Νιρευς cum eodem iungi debuiſſe, omiſſo 'O,

— — — — — ὁ Νιρευς
Καλλιστος μεν ανηρ ὑπο Ιλιον ηλθεν
Αλλ' αλαπαδνος εην — —

quae tamen non niſi enarratio ſunt breuis quinque HOMERI verſuum *Iliad.* B, 671. ſeqq.

Νιρευς δ' αυ Συμηθεν αγεν τρεις νηας εϊσας
Νιρευς Αγλαϊης θ' ὑιος Χαροποιο τ' ανακτος,
Νιρευς, ὁς καλλιστος ανηρ ὑπο Ιλιον ηλθε
Των αλλων Δαναων, μετ' αμυμονα Πηλειωνα.
Αλλ' αλαπαδνος εην, παυρος δε οι ἑιπετο λαος.

De Nirei pulcritudine habentur etiam teſtimonia aliorum: OVIDII *ex Ponto eleg.* XIIII. 16.

 Tam

*Tam mala Therſiten prohibebat forma latere*
*Quam pulcra Nireus conſpiciendus erat.*

PROPERTII L. III. El. XVI, 27.

*Nirea non facies non vis exemit Achillem*

HORATII *Epodon* XV, 22.

*Formaque vincas Nirea.*

16 *αλαπαδνος*) HESYCH. *αλαπαδνος· ασθενης, ευχλιρωτος, ανανδρος.*

17 *ἁπαξ*) Iam ARISTOTELES *Rhetor*. L. III. c. 12. obſeruat, HOMERVM ea de cauſa Nirei nomen ter poſuiſſe, quoniam ſaepe eum, de quo multa dicta ſunt, nominari par ſit. Itaque propter formae, qua pollebat, famam hoc loco ter, et propter rerum geſtarum ignobilitatem poſtea numquam eſſe adpellatum. *τουτο δε βουλεται ποιειν και Ὁμηρος εν τῳ· Νιρευς δ' αυ Συμηθεν, Νιρευς Αγλαΐης, Νιρευς ὁς καλλιστος· περι ὁυ γαρ πολλα ειρηται, αναγκη και πολλακις ειρησθαι. Ει ουν πολλακις, και πολλα δοκει. ὡστε ηυξησεν ἁπαξ μνησθεις δια τον παραλογισμον, και μνημην πεποιηκεν, ουδαμου ὑστερον αυτου λογον ποιησαμενος.*

18 *καταλογῳ*) In *Iliadis* L. II. Saepe veteres non libri homerici numerum aut litteram, ex quo aliquid laudabant, ſed argumentum potius indicabant, quod ex illo tempore, quo *ῥαψῳδοι* carminum HOMERI hanc vel illam particulam ſuo nomine ex argumenti ratione inſtructam canebant, manſiſſe videtur. In primis vero in libri ſecundi particula, quae *νεων καταλογος* inſcribitur, id ſolemne.

19 *ει τινες των κακοδαιμονων*) Hic locus, mea quidem ſententia, eſt corruptus, licet, quas habeo, editiones in eo conſentiant. *ει* me male habet. Lego aut *ει και*, vt ſit: *etſi nonnulli id adfirmare audeant*; *και* enim num *ελλειπτικως* abeſſe poſſit, non liquet; aut etiam *ὁν* pro *ει*, quod ad *πορον* referatur, *quem nonnulli adfirmare audent*. Videant eruditi, num felicem coniecturam adtulerim! *κακοδαιμονες* hoc loco ſunt, *qui malo genio ſe impelli, agitari, ſinunt*. Sic HOMERVS *Iliad*. B. 201. ſeqq.

*Δαιμονι', ατρεμας ἡσο; και αλλων μυθον ακουε,*
*Ὁι σεο φερτεροι εισι, συ δ' απτολεμος και αναλκις,*
*Ουτε ποτ' εν πολεμῳ εναριθμιος, ουτ' ενι βουλῃ.*

Nota vim graecae dictionis in vocabulis *δαιμων* et deriuatis. PHILO exiſtimauit, *ἡρωας* et *δαιμονας* a graecis vocatos eſſe, quos Moſes angelos vocauit. *αγαθος, κακος, βαρυς, στυγερος δαιμων* pro *genio*, nonnumquam de *fortuna*; inde *ευδαιμονες* et *κακοδαιμονες*. v. BVDAEI *commentar. L. gr.* p. m. 972. ſeq. Tandem *πορος χρηματων* eſt via acquirendae pecuniae, *χρηματισμος*, vti mox vocat.

20 *πεφυκε*) *πεφυκα* ſaepius, apud Atticos in primis, denotat *ſoleo*, (*comparatus, factus ſum, vt*) v. STEPHANI *Theſ. L. gr.* in v. *φυω*

21 *ιδεαν*) ſcilicet *κατα*, vti ſupra *κατα την οψιν*. HESYCH. *ιδεα· μορφη·*

22 *δημηρικον*) Eſt locus *Odyſſ*. Θ, 169. ſeqq. qui Vlyſſem Euryalo reſpondentem refert, quem, vt lectorum intelligentiam iuuem, non ſolum totum exſcribam, ſed et DIDYMI et HESYCHII ſcholia, multis, vt ſpero, gratum aliquid facturus, adiungam.

v. 167. *Ὁυτως ου παντεσσι θεοι χαριεντα* 1) *διδουσιν*
*Ανδρασιν· ουτε φυην, ουτ' αρ' φρενας* 2), *ουτ' αγορητην* 3).
*Αλλος μεν γαρ τ' ειδος* 4) *ακιδνοτερος* 5) *πελει ανηρ,*
*Αλλα θεος μορφην επεσι* 6) *στεφει* 7), *ὁι δε* 8) *τ' ες αυτον*
*Τερπομενοι λευσσουσιν* 9). *ὁ δ' ασφαλεως* 10) *αγορευει* 11)
*Αιδοι μειλιχιῃ* 12), *μετα δε πρεπει* 13) *αγρομενοισιν* 14).
*Ερχομενον δ' ανα αστυ θεον ὡς εισορωσιν.*
*Αλλος δ' αυ ειδος μεν αλιγκιος* 15) *αθανατοισιν,*
*Αλλ' ου ὁι χαρις αμφιπεριστρεφεται* 16) *επεεσσιν*

Κ. Τ. Λ.

1) *χα-*

1) χαριεντα. καλα, κεχαριτωμενα. χαριεν. καλον, αγαθον, αστειον, ὡραιον. HESYCH.

2) ουτ' αρ' φρενας. ουτε κατα συνεσιν. HESYCH. χαριεντα κατα φρενας ſunt prudentia, ſagacitas.

3) αγορητης· δημηγορος. HESYCH. facundia ſcilicet, quae το χαριεν κατ' αγορητην (ea, quae concionatorem publicum exornant) eſt, qua de re SCHOLIASTES adpoſuit διαλεκτον, δημηγοριαν.

4) Galenum in hoc verſu paullum ab Homero diſcedere ſtatim adparet. Namque habet αλλος δ' αυτ' ειδος — et omnes editiones conſentiunt. Quis vero, quaeſo, non videt, ſcribam codicis, quem habebat Galenus, homerici, illius, qui paullo poſt ſequitur, verſus (174) lectionem αλλος δ' αυ ειδος cum ſuo permiſcuiſſe. Namque eam, quam hodie in Homero habemus, lectionem eſſe ſanam, nullus, puto, negabit.

5) ακιδνοτερος (κατα) ειδος vir paullo deformior. SCHOLIASTES: παρα το αικιζω (ὑβριζω HESYCH.) ακιδνος γινεται, αφ' δυ και συγκριτικον, ακιδνοτερος, εστιν, ασθενεστερος, η προπετεστερος, η αμφοτερος. HESYCH. ακιδνον· ασθενες, ευτελες.

6) επεσι. λογοις SCHOL. et HESYCH. qui addit: λεξεσιν.

7) στεφει. κοσμει SCHOL. et HESYCH. qui addit: ϛεφανοι.

8) διδε hoc loco perſonis deſtituitur, ad quas referri poſſit. Qua de re id δεικτικως poſitum eſſe puto, vti etiam HESYCH. (οἱ δε. δυτοι) indicare videtur, pro: *omnes, qui forte auſcultant.*

9) Aldin. et Baſil. editt. Galen. habent λευσουσιν, male. SCHOL. λευσσοντες, δ εστι βλεποντες.

10) ατφαλεως. μη σφαλλομενος εν τῳ λεγειν SCHOLIAST. *cui lingua non titubat*, vti ait CICERO. Apud CHARTERIVM male conuertitur: *cui concio tuta.*

11) αγορευει. διαλεγεται. SCHOL. Αγορευειν· λεγειν εν εκκλησια· κυριως μεν το δημηγορειν, εν αγορα και αθροισματι λεγειν, και εκκλησιαζειν. καταχρηστικως, και ἁπλως λεγειν. HESYCH.

12) μειλιχιος· ἡδυς, γλυκυς. HESYCH. *grato, ſuaui pudore.*

13) SCHOL. *ad Iliad. B,* 487. μεταπρεπει· διαπρεπει, *decenter eminet in concione.*

14) αγρομενοισι· συνηθροισμενοις. SCHOL. et HESYCH.

15) αλιγκιος. ὁμοιος. SCHOL.

16) αμφιπεριστρεφεται. παρακολουθει, παρεστιν. SCHOL. — Et haec de elegantiſſimo hoc Homeri loco ſufficiant.

23 εναργως) Hanc dicendi formam, Galeno in primis familiarem iam ſupra in hoc ipſo capite illuſtrauimus. Nempe idem ſignificat, ac ſi ſcripſiſſet, θαρσησαι τινα και καταφρονησαι. Neque id denuo tetigiſſem, niſi apud CHARTERIVM interpretem θαρρησαντα (*fruenti*) male conuertiſſe obſeruaſſem, quod deberet: *adparet, neque generis ſplendore, neque diuitiis, et pulcritudine confidere* eaque de cauſa *artium ſtudia deſpicere quemquam debere.*

25 περιξ) HESYCHIVS hunc locum, puto, explicaturus, κυκλῳ ſubſtituit, indicans, quae paullo ante poſita eſſet, dictionem ἐν κυκλῳ περισκοπησας optime το περιξ eſſe illuſtraturam.

26 εδαφος) In interioribus aedibus apud veteres haud exigua cultus magnificentia fuit in pauimentis, quae teſſellis minutis diuerſi coloris ad varias figuras rerum velut pictura quadam exprimendas ſtrata erant. Opera haec *teſſellata, vermiculata* et *muſiua* dicta, cuius generis quaedam ad noſtram aetatem peruenere. v. S. V. ERNESTIVM in *archaeologia litteraria* p. 115. Hodie haec ars Florentiae adhuc tractatur, ſed huius generis opera fere incredibili pretio venduntur.

27 *σκευη*) HESYCH. *σκευος· αγγειον ἁπαν.* de tota ſupellectile et inſtrumentis domeſticis, et, ſi comprehenſio verborum poſtulet, bellicis dicitur.

28 *στρωμνην*) HESYCH. *κοιτην*, nempe lectum, in quo dormiebatur. *κλιναι* vero lecti erant in coenaculo collocati, in quibus, quum ederent, accumbebant veteres.

29 *εξησκησθαι*) arte praeparari, exornari. HESYCH. *ασκησας· κοσμησας, κατασκευασας.* GLOSSARIVM HERODOTI grammatici, quod *λεξεων ιαδων συλλογη* interdum inſcribitur: *ασκησαι. καλλωπισαι.* Alia etiam de hoc vocabulo congeſſit GV. BVDAEVS in *comment. L. gr.* p. m. 318.

30 *καταπτυστον*) quod vocabulum duplicem ſenſum habet. Significat non ſolum eum, qui dignus eſt, qui conſpuatur, ſed etiam, qui nullo non contemtu odioue eſt dignus, quod ex illo oritur; ſic EVRIPIDES *Helen.* v. 73.

— — *θεοι σ', ὁσον μιμημ' εχεις*
*Ἑλενης, αποπτυσαιεν* — — —

*Dii te, quantam habes Helenae ſimilitudinem, abominentur.* HESYCH. eſt *καταπτυστος* idem ac *εξουδενημενος.* Plura vide apud IO. ALBERTIVM ad HESYCH. T. I. p. 438. not. 19.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Αγετ' ουν, ω παιδες, ὁποσοι των εμων ακηκοοτες λογων, επι τεχνης μαθησιν ὡρμησθε, μη τις ὑμας απατεων και γοης [1]) ανηρ παρακρουσαμενος [2]) ποτε, ματαιοτεχνιαν η κακοτεχνιαν διδαξηται· γιγνωσκοντας, ὡς ὁποσοις των επιτηδευματων [3]) ουκ εστι το τελος βιωφελες [4]), ταυτ' ουκ εισι τεχναι. και περι μεν των αλλων ὑμιν και πανυ πεποιθα γιγνωσκειν, ὁτι μηδεν τουτων εστιν τεχνη, οἱον, το τε πεττευριπτειν [5]), και βαδιζειν επι σχοινιων λεπτων [6]), εν κυκλῳ τε περιδινεισθαι μη σκοτουμενον [7]), οἱα τα Μυρμηκιαδου του Αθηναιου, και Καλλικρατους [8]) του Λακεδαιμονιου· το δε των αθλητων επιτηδευμα μονον ὑποπτευω [9]), μη ποτ' αρα τουτο και ρωμην [10]) σωματος επαγγελλομενον και την παρα τοις πολλοις [11]) δοξαν επαγομενον, δημοσια παρα τοις πατρασι τετιμημενον ἡμερησιοις αργυριου δοσεσι, και ὁλως ισα [12]) τοις αριστευσι [13]) τετιμημενον εξαπατηση τινα των νεων, ὡς προκριθηναι [14]) τινος τεχνης· ὁθεν αμεινον προδιασκεψασθαι περι αυτου· ευεξαπατητος γαρ ἑκαστος, εν οἱς εστιν απροσκεπτος. το

δη

δη των ανθρωπων γενος, ω παιδες, επικοινωνει [15]) θεοις τε και τοις αλογοις ζωοις, τοις μεν καθ' όσον λογικον ἐστι, τοις δε καθ' όσον θνητον. βελτιον ουν εστι, της προς τα κρειττονα κοινωνιας αισθανομενον, επιμελησασθαι παιδειας, ἧς τυχοντες μεν, το μεγιστον των αγαθων ἑξομεν· αποτυχοντες δε, ουκ αισχυνουμεθα των αργηστων [16]) ζωων ελαττουμενοι. σωματος δ' ασκησις [17]) αθλητικη αποτυγχανομενη μεν, αισχιστη· επιτυγχανομενη δε, των αλογων ζωων ουδεπω κρειττων· τις γαρ λεοντων, η ελεφαντων αλκιμωτερος [18]); τις δ' ωκυτερος λαγωου; τις δ' ουκ οιδεν ὡς και τους θεους δι' ουδεν, αλλ' η δια τας τεχνας επαινουμενους; ὡς και των ανθρωπων τους αριστους θειας αξιωθηναι τιμης, ουχ ὁτι καλως εδραμον [19]) εν τοις αγωσιν, η δισκον ερριψαν, η διεπαλαισαν, αλλα δια την απο των τεχνων ευεργεσιαν. Ασκληπιος γε τοι και Διονυσος, ει τ' ανθρωποι προτερον ηστην [20]), ει τ' αρχηθεν θεοι, τιμων αξιουνται μεγιστων, ὁ μεν δια την ιατρικην, ὁ δ' ὁτι την περι τας αμπελους ἡμας τεχνην εδιδαξεν. ει δ' ουκ εθελεις εμοι πειθεσθαι, τον γε θεον αιδεσθητι τον Πυθιον [21]). οὑτος εστιν ὁ και τον Σωκρατην ειπων ανδρων ἁπαντων σοφωτατον [22]) ειναι, και τῳ Λυκουργῳ προσφωνησας, ὡδ' ειπεν [23]),

Ἡκεις ω Λυκοεργε [24]) εμον ποτι πιονα [25]) νηον [26]),
Ζηνι [27]) φιλος και πασιν ολυμπια δωματ' εχουσι.
Διζω [28]), η σε θεον μαντευσομαι [29]), η ανθρωπον [30])·
Αλλ' ετι και μαλλον θεον ελπομαι [31]), ω Λυκουργε.

ὁ δ' αυτος οὑτος θεος και τον Αρχιλοχον [32]) τεθνεωτα φαινεται τιμων ου τα μετρια [33]). τον γουν φονεα [34]) βουλευομενον εισελθειν εις τον νεων [35]) αυτου, διεκωλυσεν ειπων·

Μουσαων θεραποντα [36]) κατεκτανες, εξιθι νηου.

1 γους) μαγος. κολαξ. περιεργος. HESYCH. ex quibus vltimum huc adſumere praeſtat, quod hominem ſignificat, nimium in re aliqua non adeo neceſſaria curioſum. Recte igitur ETYMOLOGICVM M. γοης· ψευστης, απατεων, παραλογιστης. Ille enim fallit, qui rem vanam aut prauam (ματαιοτεχνιαν et κακοτεχνιαν Galeno) magni facere nos docet.

2 παρακρουσαμενος) παρακρουει· πλανᾳ, εξαπατᾳ. HESYCH. παρακρουεται, αντι του εξαπατᾳ. —— μετηκται δε τουνομα απο του τους ἱσταντας τι η μετρουντας, κρουειν τα μετρα, και διασειειν, ἑνεκα του πλεονεκτειν. HARPOCRATION. Paullo aliter ETYMOLOG. M.

3 επιτηδευματων) v. quae ſupra diximus ad επιτηδευμασι c. VI, 7. ὡς (intellige εν) ὁποσεις.

4 βιωφελες) vocabulum, quod apud alium, quantum ego quidem ſcio, non occurrit. Facile tamen ex compoſitione intelligitur. Nempe eſt, quod in vita vſum aliquem habet.

5 πεττευριπτειν) Dicere non poſſum, quantum mihi hic locus difficillimus negotii faceſſerit, in primis, quum ab iis, a quibus auxilium mihi fore ſperaueram, plane me eſſe derelictum deprehenderem. Namque de ludo του πεττευριπτειν ſiue πεταυριζειν pariter ac de duobus reliquis prorſus ſilent IVL. CAES. BVLENGERVS in libro *de ludis veterum* et IO. MEVRSIVS in libro *de ludis Graecorum* quos in *Theſauri antiquit. graec.* T. VII. denuo exſcribendos curauit IAC. GRONOVIVS, cui immenſum hoc opus, ſi bene illud noui, laudi ſane fere eſſe non poteſt. Namque quod exiguo labore facere poterat, vt aeri de librorum praeſtantia diiudicatione et comparatione habita, non plures eiusdem argumenti exſcribi iuberet, ſed in eum potius, quem optimum eſſe intellexiſſet, quae in reliquis bona et ſingularia eſſe deprehenderet, coniiceret, neglexit, adeoque peſſime eorum, qui vtuntur, tempori pariter et aeri conſuluit. — Quae quum ita ſint, ipſe, quae ex aliis, aut ex coniectura didici, paucis exponam, aliis, vt amplificent, relicturus.

De vocabulis πεταυρα, πεταυρον et πετευρον quaedam habet HESYCH. eiusque interpretes T. II. p. 947. ſeq. quaedam etiam HEMSTERHVSIVS *ad Pollucem* X, 156. p. 1342. plura vero IO. MATTHIAS GESNERVS, gentilis meus, *in theſauro Ling. et erudit. Rom.* T. III. p. 855. ex quibus hanc mihi ſententiam concepi, πεταυρον eſſe machinam ligneam artificioſe ita conſtructam, vt hi, qui in ea conſiſterent, ſaltus et motus per auram, volantes quaſi, perficerent. Id πεταυριζειν, et qui hanc ματαιοτεχνιαν exercebat, πεταυριστης vocabatur. Sed CHARTERIVS πεταυριστειν et editt. Ald. et Baſil. πεττευριπτειν habent. Vtrumque Lexica ignorant. Equidem hoc verum eſſe, et quia ἁπαξ λεγομενον ideoque ignotum, in illud vocabulum plane falſum, in quibusdam codicibus, ex quibus ſe habere CHARTERIVS ait, mutatum eſſe arbitror; neque tamen iis repugnaturus, qui πεταυριζειν malint. πεττευριπτειν idem fere eſt, quod πεταυριζειν, niſi quod magis determinate *ludum agere* ſignificet, in quo aliquis machinae ope in altum, ſicut lapis ex funda, *efferri*, ſaltusque inuſitatos, quorum cauſam non perſpicit plebs, edere, poſſit.

6 βαδιζειν επι σχοινιων λεπτων) Id hodie etiam motus artificioſi genus eſt, quo plebs ſuis ſumtibus delectatur. Qui id exercebant, apud Graecos σχοινοβαται et νευροβαται, apud Romanos *funambuli* dicti. Apud hos non homines ſolum in fune ambulabant, ſed et elephanti, quod mireris, ita inſtituti edoctique erant, vt in fune ambulare, immo ſimul inſidentem equitem portare poſſent. Vide locos, quos hac de re e veterum ſcriptis collegit EZECH. SPANHEMIVS in libro illo praeſtantiſſimo *de vſu et praeſtantia numiſmatum antiquorum* T. I. p. m. 169. (*edit. Londin.* 1706. *Fol.*)

7 εν κυκλῳ τε περιδινεισθαι μη σκοτευμενον) Hoc loco σκοτουμενον eſſe legendum CHARTERIVS exiſtimat. Sed ego cauſam non video. περιδινεισθαι

ειεθαι HESYCH. eſt περικινεισθαι, περιπορευεσθαι, περιστρεφεσθαι, περιερχεσθαι. Et nunc neglecta MORAEI, quam Charterius adfert, interpretatione, quippe quae hunc locum maioribus adhuc tricis implicat, eumdem ita intelligo: *in circulo clauſis oculis circumire.* Artificioſum, quod huic ματαιοτεχνια inerat, illud fuiſſe puto, vt aliquis, qui ob tectos oculos videre non poſſet (μη σκοπουμενος), circulum tamen cum ſumma adcuratione ſuo inceſſu (βαδισματι) perficere crebra exercitatione didiciſſet. Jam, quum ſani aliquid haec interpretatio lectioque habeat, quod in ipſis verbis mutem, non video.

8 Καλλικρατευς) Callicrates hic Lacedaemonius et Myrmeciades Athenienſis quales fuerint, me ignorare libenter fateor, quum neutrius apud alium, quantum ego ſcio, mentio fiat. Namque ſtatim patet, eosdem non eſſe, de quibus PLINIVS, H. N. L. VII, 21. *oculorum acies vel maxime fidem excedentia inuenit exempla. — Callicrates, ex ebore formicas, et alia tam parua fecit animalia, vt partes eorum a ceteris cerni non poſſent. Myrmeciades quidam in eodem genere inclaruit; a quo quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, fabricatam et nauem, quam apicula pinnis abſconderet* (ſc. traditur).

9 ὑποπτευω) HESYCH. ὑπονοεω, ὑπολαμβανω, parum liberaliter de re aliqua clam cogitare eademque de cauſa ſedulo obſeruare, num ſuſpicio confirmetur nec ne.

10 ρωμην) ρωμη — ὑγεια, ανδρεια. HESYCH.

11 πολλοις) v. ſupra ad C. VII, 11. επαγω. επιφερω. HESYCH.

12 ισα) Intellige: κατ' ισα μερη, vnde HESYCH. ισα· — ιση μοιρη (ſic enim lego pro ιση μοιρη).

13 αριστευσι) ETYMOLOGIC. M. p. 143. αριστος· παρα το Αρης, ὁ πολεμος, γινεται συγκριτικον· αριων, εξ ου αριστος, κυριως ὁ εν πολεμω ισχυρος. Καταχρηστικως δε και επι παντος προσηκοντος. (v. ſupra C. VII, 20.) — εξ ου παρωνυμον αριστευς. Sic et infra hoc capite ὡς και των ανθρωπων τους αριστους κ. τ. λ. qui locus id plane illuſtrat.

14 προκριθηναι) praeferre. Sic HESYCH. προτιμαν explicat per προκριναι, εκλεξασθαι. Alias enim praeiudicium facere, prius iudicare deſignat.

15 επικοινωνει) Aldin. et Baſil. habent επικοινει. CHARTER. επικοινοι. Vocabulum nouum fecit επικοινεω, quod mihi ignotum eſt. Eſſet quidem ανκλογον τω ανακοινοω. Sed quum apud ARISTOTELEM et PLATONEM επικοινωνεω habeatur, non dubito etiam, quin Galenus eodem ſit vſus. Cuius quoque veſtigia Aldinae et Baſileenſis editt. lectio conſeruaſſe mihi videtur. Namque id ſaepius in re critica me obſeruare memini, ſcribas in longioribus vocabulis ſyllabam vnam alteramue in medio neglexiſſe. Sic hoc loco ſine dubio pro επικοινωνει ſcripſerunt επικοινει, quod CHARTERIVS vitium ſubeſſe ratus, inuita Minerua mutauit in επικοινοι. Habeat ſibi inauditum ſuum vocabulum!

16 αργηστων) Nullum ante me in hoc vocabulo haeſiſſe plurimum miror. Namque, ſi quid ipſe nunc video, αργηστων nihil eſt. In interpretatione habetur *ignauiſſimis*, quaſi αργηστος ſit *ſuperlatiuus* απο του αργος, quod ego numquam legi. Qua de re ſcribo αργιστων, leui mutatione. Attici a poſitiuis in ος formant ſuperlatiuos in ιστατος et ιστος, vti ολιγος, ολιγιστατος et ολιγιστος. v. NIC. CLENARDI *inſtitut. ac meditat. in Gr. L.* p. m. 124.

17 σωματος δ' ασκησις) Hic locus neſcio quo caſu apud CHARTERIVM ita conuerſus eſt: *At corporis exercitatio athletica comparata quidem, turpiſſima; non comparata vero, brutis animalibus nihilo praeſtantior.* αποτυγχανειν, aliquid non conſequi, et επιτυγχανειν, conſequi aliquid, hic inter ſe permutata videas. Debuiſſet potius conuerti: *ipſam vero corporis athleticam exercitationem, ſi non conſequutus es,* (etſi elaboraſti), *turpiſ-*

*turpiſſimum eſt. Quod ſi vero etiam comparaſſes, non tamen ea de cauſa bruta ſuperares.*

18 ἀλκιμωτερος) ἀλκιμος· μαχιμος, ἀνδρειος, ισχυρος, θρασυς. HESYCH. τις δ' ουκ οιδεν, ὡς και τους θεους δι' ουδεν, ἀλλ' η διὰ τας τεχνας επαινουμενους; En mirum ſtultitiae ac dementiae ethnicorum in ſua de diis ſententia exemplum! ἀριστους v. ſupra *not.* 13. ἀριστευει.

19 ἐδραμον) Inter ludos Graecorum (ἀγωνας) eſt δρομος, curſus, qui peragebatur in ſtadio (σταδιῳ, αυλῳ). Erant ſpecies quatuor, alii nempe ſemel ſtadium curſu ſuo metiebantur (σταδιοδρομοι), alii bis (διαυλοδρομοι), alii ſexies vel ſepties (δολιχοδρομοι), alii denique armati currebant (ὁπλιτοδρομοι). Δισκον ῥιπτειν alia erat ſpecies. δισκος lamina (ſi ita vocare licet) rotunda tres quatuorue digitos craſſa, vel aenea, vel ferrea, vel etiam lapidea, quae ope lori per medium foramen immiſſi, manu in aëre paullo circumacta proiiciebatur, et qui longiſſime, victor habebatur. Διαπαλαιειν denique ad luctam (παλην) pertinet. Fuit vero haec exercitatio quaedam in Xyſto, porticu tecta, in qua luctatores bini, nudi, oleo inuncti et puluere conſperſi, brachiis alter alterum complexi, humi proſternere conabantur. Plura de hiſce rebus vide apud LAMBERT. BOSIVM *in antiquitatib. gr.* C. XVII. XVIII. et XXI.

20 νεστην) HESYCH. νεστην· δυσκως, ὑπηρχεν. Σ πλεοναστικως adpoſitum.

21 Πυθιον) Apollinem. SCHOLIASTES *Homeri ad Iliad.* B, 519. πυθωνα. και ἀυτη πολις Φωκιδος. το προτερον δε εκαλειτο Παρνασια ναπη, ὡς απο παρακειμενου ορους (cuius propter verticem templum erat et oraculum Apollinis), επειτα Πυθων. ὑστερον δε Δελφοι. και Πυθων μεν επει κατεσαπει αυτοθι ὁ δρακων, ὁ το μαντειον προτερον φυλασσων, ὁν απεκτεινε τοξευσας Απολλων. πυθεσθαι γαρ το σηπεσθαι. — cf. OVIDII *Metamorphoſ.* L. I, 416. - 439.

22 σοφωτατον) Apollinis oraculum Socratem omnium hominum ſapientiſſimum declaraſſe referunt DIOG. LAERTIVS II, 37. XENOPHON *in Apolog. Socrat.* 14. PLATO *in Apolog. Socrat.* 5. et SCHOLIASTES *Ariſtophanis* ad Nubes. Oraculum hoc diſticho expreſſum fertur;

Σοφος Σοφοκλης, σοφωτερος δ' Ευριπιδης
Ανδρων δε παντων Σωκρατης σοφωτατος. *al.* ανδρων δ' ἀπαντων

Ipſe Pythiam non diuino, vel, quod idem eſt, proprio impulſu commotam ſed pecunia a Chaerephonte, Socratis amico, corruptam hoc oraculum edidiſſe ex PLATONIS, quem modo laudaui, loco coniicere poſſe mihi videor. Cuius haec ſunt verba: χαιρεφωντα γαρ ιστε δηπου. ὁυτος εμος ἑταιρος ην εκ νεου, και ὑμων τῳ πληθει ἑταιρος. — Και ιστε δη οιος ην Χαιρεφων, ὡς σφοδρος εφ' ὁ τι ὁρμησειε. Και δηποτε καὶ εις Δελφους ελθων, ετολμησε τουτο μαντευσασθαι. — ηρετο γαρ δη, ειτις εμου ειη σοφωτερος. Ανειλεν ουν ἡ Πυθια, μηδενα σοφωτερον ειναι. Eamdem ſententiam id quoque confirmat, quod Euripides, Socratis familiaris, cui in fabulis ſcribendis Socratem opem tuliſſe ferunt, in hoc diſticho Sophocli praefertur; quod hodie docti negant.

23 ειπεν) Hi verſus, quos Pythiae eſſe dicit Galenus, ſatis antiqui ſunt. Namque iam HERODOTVS L. I. c. 65. p. 25. (*edit. Th. Galaei Londin.* 1679. *Fol.*) ita eosdem refert: Λυκουργου των Σπαρτιητεων δοκιμου ανδρος ελθοντος ες Δελφους επι το χρηστηριον, ὡς εσηιεν ες το μεγαρον, ευθυς ἡ Πυθιη λεγειταδε·

Ἡκεις K. T. Λ.

Effatum hoc hexametris conſtat, vti fere ſemper Pythiae, quae rarius ſenariis iambicis reſpondiſſe fertur.

24 Λυκοεργε) οε pro ου inter poetas haud inuſitatum.

25 πιονα) πιονα· λιπαρον, πλουσιον, μεγαν. HESYCH. qui vero alium locum ſpectaſſe videtur.

26 νηον)

26 νηον) ποτι pro προς, et νηον, pro ναον Δωριεως dici, neminem, puto, fugiet. Etiam Delphi, vrbs in mediterraneis Phocenſium ſita, Doribus vicina erat.

27 Ζηνι) pro Δ*ιι* HOMERO aliisque poetis ſolemne.

28 διζω) διζειν. φροντιζειν, ερευναν, ζητειν. HESYCH.

29 μαντευσομαι) μαντευεσθαι eſt hoc loco generatim dictum, *oraculo edicere*. HESYCH. μαντευομενος· χρησμοδοτων. Dicitur enim alias de τοις δια οιωνων, η σημειων, η τερατων μαντευομενοις, vti ex PORPHYRIO *grammatico* refert SCHOLIASTES *Bongiouanni ad Iliad.* A, 62. (*Venetiis* 1740. 4*to*) p. 17.

30 η ανθρωπον) In HERODOTI libris plerumque legitur ης και ανδρα. Quod ego ſcribae cuiusdam arrogantiae tribuo, qui dactylum hac mutatione forte efficere vellet.

31 ελπομαι) *puto*, vti ſaepe apud Graecos. HESYCH. ελπεται· δοκει.

32 Αρχιλοχον) Archilochus poeta Parius, Teleſiclis filius, circa XXVIIII. Olympiadem clarus, licet de aetate eius alii diuerſa ſentiant. Verſibus iambicis, quorum ipſe inuentor, id efficere poterat, vt ſua ſatyra commoti Lycambes quidam eiusque filiae laqueo vitam finirent. Ingenii eius, vti cuiusque veterum, iudex ſagaciſſimus QVINCTILIANVS L. X, 1. ita de eo: *Archilochus*, inquit, *primus inter eos, qui iambos ſcripſere; ſumma in hoc vis eloquutionis, cum validae, tum breves vibrantes ſententiae, plurimum ſanguinis atque neruorum, adeo vt videatur quibusdam, quod quoquam minor eſt, materiae eſſe, non ingenii, vitium.* Plura de ipſo vide apud P. BAYLIVM in *Lexico hiſtorico et critico* hoc vocabulo.

33 μετρια) Rem quoque narrat SVIDAS et HERACLIDES. Ille T. I. p. 346. Αρχιλοχος. ὁτι των σπουδαιων, ουδε θανοντων, οι θεοι ληθην τιθενται. Αρχιλοχον γουν ποιητην γενναιον τ' αλλα, ει τις αυτου το αισχροπρεπες και το κακορρημον αφελοι, και διονει κηλιδα απορρυψαι, ὁ Πυθιος ελεει τεθνεωτα, και ταυτα εν τω πολεμω, ενθα δηπου ξυνος Ενυαλιος. Και ὁτε ἡκεν ὁ αποκτεινας αυτον, Καλωνδας μεν ονομα, Κοραξ δε επωνυμον, του θεου δεομενος ὑπερ ὡν εδειτο, ου προσηκατο αυτον ἡ Πυθια, ὡς εναγη, αλλα ταυτα δηπου τα θρυλλουμενα (errat hoc loco KVESTERVS, qui verſum μουσαων θερ.— excidiſſe putat; namque ταυτα et θρυλλουμενα ſatis indicant, noluiſſe Suidam, aut illum, ex quo haec hauſit, notiſſima cuique repetere) ανειπεν. Ὁ δε αρα προεβαλλετο τας του πολεμου τυχας και ελεγεν, ὡς ἡκεν εις αμφιβολον η δρασαι, η παθειν, ὁσα επραξε, και ηξιου μη απεχθανεσθαι τω θεω, ει τω ἑαυτου δαιμονι (cf ad C. VIII, 19.) ζη, και ωδυρετο, ὁτι μη τεθνηκε μαλλον, η απεκτεινε. Και ταυτα ὁ θεος οικτειρει, και αυτον κελευει ελθειν εις Ταιναρον, ενθα Τεττιξ τεθαπται, και μειλιξασθαι την του Τελεσικλειου παιδος ψυχην και πραυναι χοαις. δις επεισθη, και της μηνιδος της εκ του θεου εξαντης εγενετο. HERACLIDES vero περι πολιτειων Παριων p. m. 984. (ad calcem *politicorum Ariſtotelis*, *ex edit. Heinſii*, *Lugduni Bat.* 1621. 8*uo*) Αρχιλοχον τον ποιητην Κοραξ ονομα εκτεινε, προς ὁν φασιν ειπειν την Πυθιαν· εξιθι νηου. Τουτον δε ειπειν· αλλα καθαρος ειμι, αναξ. εν χειρων γαρ νομω εκτεινα.

34. τον γουν φονεα) lege του leui, at tamen neceſſaria mutatione. Namque ob compendii, quo vtrumque in codicibus ſcribitur, ſimilitudinem facili negotio id a ſcribis neglectum. του pro ὁν apud poetas ſolemne; v. SEBERI *index in Homerum* p. 508. Etiam ſolutae orationis ſcriptoribus haud inuſitatum. HERODOTVS L. I. c. 12. του και Αρχιλοχος ὁ Παριος, κατα τον αυτον χρονον γενομενος, εν ιαμβω τριμετρω επεμνησθη, *cuius rei meminit*. —

35 νηων) νεως· ναος, αττικως. HESYCH.

36 θεραποντα) θεραποντες· απο του θεραπευειν, δουλοι τε και ὑπηρεται. HESYCH.

ΚΕΦΑ-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Λεγε δη [1]) μοι και συ τας των αθλητων προσαγορευσεις. αλλ' ουκ ερεις, ότι μη δ' εχεις ειπειν, ει μη τι του μαρτυρος, ὡς ουκ αξιοχρεω, κατεγνωκας· εμφαινειν γαρ εοικας τι τοιουτον, όταν επι τους πολλους τον λογον αγης μαρτυρας, και τον παρα τουτων επαινον προχειριζη· και τοι ουτε νοσων, ευ οιδ', ότι τοις πολλοις αν επιτρεψαις σαυτον, αλλ' ολιγοις δη τισιν εξ ἁπαντων, και τουτων τοις ιατρικωτατοις, ουτ' αν πλεων, ἁπασι τοις συμπλεουσιν, αλλ' ἑνι τω κυβερνητῃ· ηδη δε καπι των σμικροτατων, τεκτονι μεν, τεκταινομενος [2]), ὑποδηματων δε χρηζων [3]), τω σκυτοτομω [4]). πως αν ουν ενθα περι πρωτειων ὁ αγων εστι, σαυτω διδως της κρισεως την εξουσιαν, αφελομενος αυτην των σοφωτερων η κατα σαυτον· παριημι γαρ, το γε νυν ειναι [5]), μεμνησθαι των θεων· ακουσον ουν ὁπως Ευριπιδης [6]) φρονει περι των αθλητων·

Κακων γαρ οντων μυριων καθ' Ἑλλαδα,
Ουδεν κακιον εστιν αθλητων γενους,
Οἱ πρωτον οικειν, ουδε μανθανουσιν ευ,
Ουτ' αν δυναιντο· πως γαρ, ὁστις εστ' ανηρ,
Γναθου τε δουλος [7]), νηδυος θ' ἡττημενος,
Κτησαιτ' αν ολβον [8]) εις ὑπεκτροφην πατρας;
Ουδ' αυ πενεσθαι καξυπηρετειν [9]) τυχαις
Οἱοι τ' [10]). εθη γαρ ουκ εθισθεντες καλα,
Σκληρως μεταλλασσουσιν [11]) εις αμηχανον.

ὁτι δε και των επιτηδευομενων αυτοις ἑκαστον αχρηστον εστιν, ακουε παλιν, ειπερ θελεις, ἁ φησι,

Τις γαρ [12]) παλαισας ευ, τις ωκυπους ανηρ,
Η δισκον αρας, η γναθον πληξας [13]) καλως,
Πολει πατρωα στεφανον [14]) ηρκεσεν λαβων;

ει δε και τουτων ετι λεπτομερεστερον ακουειν εθελεις, ακουε παλιν ἁ φησι [15]),

Ποτερα

Ποτερα μαχουνται πολεμιοις εν χερσιν
Δισκους εχοντες, η δι' ασπιδων ποσι
Θεοντες, εκβαλουσι πολεμιους πατρας;
Ουδεις σιδηρȣ ταυτα μωραινει [16]) πελας [17]).

Ποτερον ȣν Ευριπιδη μεν και των τοιȣτων καταγνωμεν, τοις δε Φιλοσοφοις επιτρεψομεν την κρισιν; αλλα και προς τȣτων ἁπαντων ὡσπερ ἐξ ἑνος στοματος ὡμολογηται, Φαυλον ειναι το επιτηδευμα. ουδε μην ουδε των ιατρων τις επηνεσεν αυτο. πρωτον μεν γαρ Ἱπποκρατȣς ακȣση λεγοντος· διαθεσις [18]) αθλητικη ȣ φυσει, ἑξις [19]) ὑγιεινη κρεισσων. επειτα δε και των αλλων ἁπαντων των μετ' αυτον αριστων ιατρων· ὁλως [20]) μεν ουν επι μαρτυρας ȣκ εβȣλομην κρινεσθαι· ρητορικον γαρ το τοιȣτον μαλλον, η τιμωντος αληθειαν ανδρος. ὁμως δ' επειδη [21]) τινες επι τον των πολλων επαινον καταφευγȣσι, και την παρα τȣτων κενην δοξαν, αφεντες αυτο επιτηδευμα γυμνον των εξωθεν σκοπειν, ηναγκασθην καν τουτοις προχειρισασθαι τους μαρτυρας, ἱν', ὁτι μηδ' ενταυθα πλεον εχȣσι τι, γιγνωσκωσιν. Ὁθεν και το της Φρυνης [22]) ευκαιρον ηδη μοι διηγησασθαι· αὑτη ποτ' εν συμποσιω παιδιας [23]) τοιαυτης γενομενης, ὡς ἑκαστον εν μερει προσταξαι τοις συμποταις ἁ βȣλοιτο, θεασαμενη παρουσας γυναικας αγχȣση [24]) τε και ψιμμυθιω [25]), και φυκει [26]) κεκαλλωπισμενας [27]), εκελευσεν ὑδατος κομισθεντος, αρυσαμενας [28]) ταις χερσι προσενεγκειν ἁπαξ αυτω τω προσωπω, και μετα τȣτο ευθεως απομαξασθαι [29]) σινδονιω, και αυτη πρωτη τȣτ' επραξε. ταις μεν ȣν αλλαις απασαις σπιλȣ [30]) το προσωπον επληρωθη, και ην ὁμοιοτατας ιδειν τοις μορμολυκειοις [31]), αυτη δε καλλιων εφανη. μονη γαρ ην ακαλλωπιστος τε και αυτοφυως [32]) καλη, μηδεμιας πανȣργιας κομμωτικης δεομενη· ὡσπερ ȣν το αληθινον καλλος ακριβως εξεταζεται μονον αυτο καθ' ἑαυτο, των εξω-

εξωθεν [33]) αυτῳ προσιοντων ἁπαντων γυμνωθεν, οὑτω και την αθλητικην επιτηδευσιν εξεταζεσθαι προσηκει μονην, ει τι φαινοιτο εχειν χρησιμόν, η κοινῃ ταις πολεσιν, η ιδιᾳ τοις μεταχειριζομενοις αυτην.

1 λεγε δη) Initio ſtatim diu ſatis haeſi. Interpretatio latina neſcio quo artificio verba, vt ſaepe fit, exprimere omnia videtur, nullum tamen ſanum ſenſum tota comprehenſio exhibet. Ex graecis, vti ſunt, nihil ſani, fateor, ipſe eruere poſſum. Qua de re coniecturas quasdam adferam, quas alii aut probent, aut de integritate lectionis me edoceant neceſſe eſt. Poſt ερεις interpuncto collocato, ὁτι μη δ' in οτι μηδεν muto et poſt μαρτυρος, και inſero. Scribae μηδεν et μηδ' ob ſcribendi compendia inter ſe permutare ſolent, quod nullum, qui in re librorum graecorum critica paullo eſt exercitatior, fugere poteſt. Poſt εχεις omiſſum, προς το ειπειν. Και ὡς idem eſt ac και ὁμως attamen, v. HESYCH. T. II. p. 1601. et SCHOLIAST. *Homeri ad Iliad.* A, 116. αξιοχρεως HESYCHIO eſt αξιοπιστος. προχειριζω, quod perperam apud CHARTERIVM in interpretatione expreſſum eſt, denotat, *omnibus notum facere*, πασι γνωριμον ποιω. SVIDAS. Significatio aut ab eo deducta, quod quis in dicendo narrandoue (προχειρος) facilis eſt, aut ab oratoribus et caduceatoribus, qui orationem exorſuri, aut mandata prolaturi manu porrecta ſilentium flagitant. εμφαινειν· ενδεικνυσθαι, σημαινειν. HESYCH. εμφαινει· σημαινει, δηλοι. SVID. επαινος hoc loco teſtimonium ex facilitate erga aliquem dictum ſignificat. HESYCH. επαινους. — και τας αρχαιρεσιας, id HERODOTVS grammaticus in λεξεων ιαδων συλλογῃ explicat: αρχαιρεσιη. το προς χαριν τοις πολλοις ζῃν. — Nunc totius loci, vt eum ſcribo, interpretationem, aut, ſi mauis, παραφρασιν addo. „Age „nunc tu, quisquis es, qui athletarum ſtudia tanti facis, vt litteras „ipſis poſtponas, narra mihi quoque tam honorificas athletarum com„pellationes, qualem Lycurgi modo adtuli. Sed nihil dices. Nam„que quod proferas non habes, niſi quid forte ex quodam teſte, eoque „tamen nullius fidei cognoueris. Huiusmodi enim aliquid prae te ferre „mihi videris, quum ad multos, quos nemo nouit, teſtes orationem „dirigis, adſenſumque ex pacto factum omnibus declaras. Etſi neque, „quod bene noui, ſi aegrotes, multis iisque imperitis te committas, „ſed paucis ex omnibus, iisque in arte medendi exercitatiſſimis; neque „ſi nauiges, omnibus, qui ſimul nauigant, ſoli vero gubernatori. Quia „vel in minimis rebus" —

2 τεκταινομενος) Id interpretes de ſola aedificatione acceperunt. SVIDAS vero, et cum eo omnes, qui vltra rudimenta ſapiunt, longiſſime ab hac opinione abſunt. Explicat τεκταινομενος per κατασκευαζων ex quo idem HESYCH. Etiam id τεκτονι, quod generatim omnes fabros deſignat, adpoſitum.

3 χρηζων) ενδεομενος, χρειαν εχων. HESYCH.

4 σκυτοτομῳ) σκυτοτομος· λωροτομος, σκύτευς. SVID. et HESYCH. qui addit σκυτορραφος. Coriarium denotat, qui lora, aliaque, quae ex corio fiunt, conficit. Namque ob ſolearum eius temporis vſum, ſutores nondum peculiare artificum genus erat.

5 τους νυν ειναι) κατα τους νυν ειναι τα πραγματα, *quod ad rem praeſentem adtinet, omitto* —

6 Ευριπιδης) Qui ſequuntur verſus, ex Αυτολυκῳ πρωτῳ EVRIPIDIS ſumti, cum aliis ab ATHENAEO ſeruati ſunt δειπνοσοφιστων L. X. c. 2. vnde in ſua fragmenta ſine vlla lectionis diiudicatione, vt ſolet, retulit

IOS.

IOS. BARNESIVS T. II. *Euripidis* p. 459. Euripidei apud ATHENAEVM verſus paullo a noſtris differunt; quam nunc varietatem cum ſua diiudicatione, commentarii CASAVBONI excerptis, meisque obſeruationibus exponam. ATHENAEVS hos verſus ad exagitandam athletarum edacitatem adductos cum aliis XENOPHANIS COLOPHONII elegiacis verſibus comparat, qui eamdem ſententiam referunt.

v. 3. οἱ πρωτον οικειν ουδε μανθανουσιν ευ.

editt. Aldin. et Baſil. μανουσιν. Athenaeus: πρωτα μεν ζην ουτε μανθανουσιν. μανουσιν pro μανθανουσιν eſt error librariis haud inſolens, cuius exemplum iam ſupra VIIII, 15. apud noſtrum in v. επικοινει pro επικοινωνει habuimus. πρωτον οικειν ipſe retineo. Si πρωτον adeſt, non opus eſt, vt μεν adponatur, licet infra ο δ' αυ poſitum. οικειν etiam alias adminiſtrationem rei familiaris ſignificat, vti apud THVCYDIDEM L. III. αμεινον οικουσι τας πολεις, vide plura apud STEPHANVM *in theſauro*. Tota verborum comprehenſio ſatis docet, de rei familiaris conſeruatione eſſe ſermonem. Qua de re Athenaei lectionem, licet ex alia cauſa defendi poſſet (nempe πρωτα, κατα τα πρωτα πραγματα, *qui neque prima vitae bonae praecepta nouere*, poſteaque μεν et infra ου δ' αυ ſuo ordine poſitum), equidem non probo. In eodem verſu ουτε, pro ουδε, quod apud noſtrum eſt, ex Athenaeo reſtituo; namque alteri, quod in verſu ſequenti eſt, reſpondet.

In v. 4. in editt. Aldin. et Baſil. leui errore οταν pro ουτ' αν expreſſum.

7 γναθου δε δουλος) IVNIVS *adag.* 14. *Centur.* 4. *abdominis miniſter.* νηδυος, γαστρος, κοιλιας. HESYCH. ἡττημενος (*ſubiectus, deditus*) apud Galenum, apud Athenaeum vero ἡσσημενος. Prius ego probo. Namque Euripides ſcriptor atticus eſt.

8 κτησαιτ' αν ολβον) CHARTERIVS οβολον. Aldin. et Baſil. vti etiam Athenaeus ολβον. Recte. Forſan ſcriba quidam inuerſis litteris, vti ſunt ſtupidi, οβλον poſuit, ex quo alter οβολον fecit, aut etiam Charterius id in codice quodam inuentum ſic reſcripſit. Nec diſpliceret οβολον, niſi metrum reclamaret. Qua de re lego ολβον, ſuoque iure in textum repoſui.

Athenaei codices omnes in hemiſtichio poſteriori habent εις ὑπερβαλλειν πατρος. Sed iam CASAVBONVS improbat ſenſumque, *ad alendam neceſſario tempore patriam, aut ſaltem, familiam*, multo elegantiorem iudicat. Cui ego libenter adſentior. πατρας HESYCH. (nam pro πατριε T. II. p. 893. πατρας ex hoc Euripidis loco legere malim) per φυλης, πατριδος explicat.

9 αξυνηρετειν) Athenaeus habet και ξυνηρετειν, quod, quid ſibi velit, ipſe neſcio. Illud pro και αξυνηρετειν poſitum eſt, de quo vide STEPHANVM *in theſauro* vbi ex BASILIO habetur locus αξυνηρετουμενω τῳ κτισαντι. Hoc loco denotat *inſeruire temporibus* (τυχαις).

10 οἱοι τ') id vocabulum, quod a principio v. 8. eſſe debebat, omittitur in editt. Aldin. et Baſil. Interpunctum poſt vocabulum ponendum perperam poſt τυχαις collocauit CHARTERIVS. Ceterum graeciſmus ſatis notus, *poſſunt*. εθιζειν HESYCH. interpretatur εθος ποιειν. εθισθεντες τα εθη intellige πρoς. Addit LVCIANVS in Anach. προς τους πονους τα σωματα εθιζοντες.

11 μεταλλασσουσιν εις αμηχανον) Athenaeus: διαλλασσουσιν εις τ' αμηχανα, quod probat CASAVBONVS et interpretatur: *in rebus dubiis aegre poſſunt ſibi conſulere.* Liceat vero mihi longe aliter ſentire, vti mihi tota verborum comprehenſio ſuadere videtur. μεταλλαττειν et διαλλαττειν εις τινα τοπον eſt idem ac *tranſire*; nempe ἑαυτον ſupplendum. Vtrum vero hoc loco ab Euripide ſcriptum ſit, ipſe coniectura adſequi non poſſum, niſi quod putem, ſi probauero, αμηχανον Euripidis veram eſſe

lectionem, idem etiam de *μεταλλασσουσιν* valere poſſe. Iam quum HESYCHIVS, qui omnia in Euripide paullo difficiliora explicare ſolet, *αμηχανον* ita exponat, vt huic loco interpretatio eius reſpondeat, veri ſimilitudo, quanta in re tam dubia eſſe poteſt, adeſſe mihi videtur, vt hoc ab Euripide profectum putem. *αμηχανον* enim praeter alia ipſi eſt *ωδεις*. Ita igitur hunc locum conuerto: *ſummis ſuis incommodis ad paupertatem accedunt.*

12 *τις γαρ*) Sex verſibus, quos Athenaeus habet, omiſſis Galenus pergit. *τις γαρ* et paullo poſt *τις ωκυπους* apud Galenum, apud Athenaeum vero in vtroque *τι* legitur. Recte. Namque eſt *φρασις ελλειπτικη, κατα τι πραγμα ηρκεσε τη πολει; quondam in negotio ſufficiens fuit vrbi* (ſatisfecit, ſatis ex ipſo auxilii fuit vrbi) *huiuſmodi vir, etſi ſuum negotium ita perfecerit, vt coronas inde reportaret?* qua de re HESYCH. *ηρκεσεν* per *εβοηθησε* explicat. Adde eumdem in vocab. *αρκει* et SCHOLIAST. *Homeri ad Iliad.* O, 529. vt alios taceam. — *Τις* vero Galeni etiam bene defendi poteſt: *quis enim vmquam* — ?

13 *γναθον πληξας*) de ceteris, quorum hic mentionem facit, ludis ſupra C. VIIII, 19. quaedam adtuli, iſtud vero eſt *πυγμης* (*pugilatus*) proprium. Pugnis enim in hoc ludo primum certabant, deinde ceſtus, lora ex corio bubulo, quibus plumbum, aes, vel etiam ferrum inerat, brachiis alligatos adhibuere. Ars maxima in eo poſita erat, vt aduerſarii ictum flexione corporis alter vitaret, alterius vero faciem ferire quiſque conaretur. Plura vide apud LAMBERTVM BOSIVM *in antiquit. gr.* P. I. c. 20.

14 *στεφανον*) Id haud parum mihi ſuſpectum eſt. Namque primum metrum prorſus laeditur, deinde in ſingulis, quae recenſet, Certaminibus coronas ſingulas, non vero vnam pro omnibus ſimul, victores accipiebant. Qua de re legendum eſſe cenſeo *στεφαν'* pro *στεφανα*. Id quod etiam ob *κακοφωνιαν*, quam antea obſeruare mihi videbar, neceſſarium videtur.

15 *ά φησι*) Euripidis, qui hoc loco habentur, verſus vitioſe apud Athenaeum pariter ac Galenum leguntur.

v. 1. Galenus *πολεμιοις*, infra c. XIII. quum eoſdem repetit, *πολεμιοισιν*, et ſic apud Athenaeum.

v. 2. *δι' ασπιδων ποσι*, infra *δι' ασπιδων χερσιν*, error ob exitum antecedentis verſus (*χερσιν*) manifeſtus: idem tamen Athenaeus.

v. 3. *θεοντες*, infra *θεινοντες*, quod habet etiam Athenaeus. Quid de miro hoc in vitiis conſenſu dicam, non habeo. Iraſcor haud parum CASAVBONO, qui de hac varietate ne verbum quidem dixit, a quo tamen plurimum mihi auxilium exſpectabam. Si tamen ipſe coniecturam adferre debeam, qua hoc *φαινομενον* explicare poſſit, id, quod puto, edicam, ſperans alios, qui me clarius vident, huic rei lucem adlaturos. Nempe Athenaeum puto et Galenum ex eodem codice Euripidis, ſaltem hic ex illius *αντιγραφῳ* hosce verſus laudaſſe, quippe qui ſub idem fere tempus vixere; Galenum vero ex ſuo ingenio, quum primum laudaret, quae ei vitioſa videbantur, emendaſſe; quum iterum laudaret, vti ſcripta erant, exſcripſiſſe. Nam, ſi ex memoria (quod quidem in laudandis poetarum locis apud veteres haud parum in vſu fuiſſe notiſſimum eſt), locum vterque retuliſſet, in vitiis iiſdem certe non conuenirent. Sed haec non niſi coniectura. — *ασπιδων* quaeuis arma deſignare poteſt. HESYCH. *ασπιδα· σκευταριον, η οπλον. Θεοντες. τρεχοντες. Θεινοντες. τρεχοντες* (ſic etiam SVIDAS). *Θεινει. τρεχει. δι' ασπιδος πεδιοιο* (quae gloſſa mutila ad nos peruenit, in fine) *λεγειν κτεινοντες*. quod ego ita interpretor, vt duae gloſſae, altera a principio mutila, iunctae ſint, addendumque forſan: *δι' ασπιδων ποσι θεινοντες· ορα ει λεγειν δει κτεινοντες*, (*γραφειν* debebat eſſe; ſed exempla adſunt, vbi in eadem critica ſignifi-

catione

catione λεγειν inuenitur), ad hunc noſtrum, ni fallor, locum. Sic, ſi gloſſas modo a me adlatas ſecum comparo, HESYCH. iam de noſtro hoc loco deſperaſſe mihi videtur.

Ceterum δι' οπλων ποσι θεοντες, meo quidem iudicio, eſſet, *per media arma pedibus currentes* — μωρανιας dictum. Quid vero interpres Charterianus ſibi cum ſuo *clypeis fulti* velit, ipſe non perſpicio.

16 μωραινει ταυτα:) adde κατα *nemo mente adeo deſtitutus eſt, vt ſi beſtiis adſit, contra ferrum cum athletarum arte pugnet.* μωραινει· αφραινει, παρακοπτει, μαινεται. HESYCH.

17 πελας) Ex verſu apud Athenaeum ſequenti adde εας. Sed id ſuo iure omittere poterat Galenus, quum ελλειπτικη haec dictio ὁ πλησιον, ὁ πελας, ſc. ων, ſatis nota eſt. Qua de re notandus CHARTERIVS, qui in σφαλματων τυπογραφικων indice ad T. II. exitum στας addi iubet. —

Sed haec de noſtro EVRIPIDIS loco ſufficiant, quem ipſe totum ſanare non poſſum. Accedant alii, qui in re critica me ſunt exercitatiores, reſtituant hunc locum, quem ego derelinquo.

18 διαθεσις) διαθεσις· σχημα HESYCH. habitus et adfectio corporis; plura vide apud IO. GORRAEVM *definit. medicarum* p. 103. (*Francof.* 1578. *Fol.*) et FOESIVM in *oeconomia Hippocratis* h. v. et ipſum Galenum ad hunc locum infra c. XI.

19 ἑξις) Galeno eſt διαθεσις μονιμος και δυσαλλοιωτος (infra c. XI.) *diſpoſitio ſtabilis et firma*, eique opponitur διαθεσις et σχεσις, *adfectio, quae facile mutatur.* v. GORR. et FOES. h. v. Locus, quem ex HIPPOCRATE laudat, eſt in libro περι τροφης p. 111. (*edit. Foeſ.*) l. 25. Galenus eumdem explicat *in libro ad Thraſybulum* p. 297. paulloque aliter legit, et in libro περι ευεξιας, p. 249.

20 ὁλος) Ipſe hoc loco ὁλως legere malim. Me quidem non fugit, poſſe *aduerbium* ad perſonam dicentis adcommodari et *adiectiuo* exprimi. Sed hoc ordine vocabula tunc ſane a Galeno diſpoſita non fuiſſent.

21 ὁμως δ' επειδη) Totus hic locus neſcio quo fato turpiſſime in latinam linguam conuerſus apud CHARTERIVM habetur. Vitia aperta adeo ſunt et manifeſta, vt ſingula perſequi mihi neceſſarium non eſſe videatur. Qua de re nihil niſi nouam huius loci interpretationem addam: „attamen, quoniam nonnulli ad multorum adſenſum atque inanem ex hoc *natam* gloriam confugiunt, ipſum *athletarum* exercitium „*aliis* ſpectandum relicturi: in horum gratiam ipſe quoque teſtes adducere cogor, vt *deinde*, ſe neque ea in re *me* magis valere diſcant.„ τα εξωθεν, a quibus nudatam athleticam artem iſti ſpectare nolunt, a Galeno in fine huius capitis ita explicantur, vt fucus adſcititiique colores a vanis laudatoribus petiti intelligi debeant. ρητορικον, quod paullo ſupra eſt, ex ea της ρητορικης τεχνης epocha explicandum, in qua vniverſa ars, ob Sophiſtarum εις τα κενοδοξα pruritum et doloſam argumentandi conſuetudinem, male audiebat.

22 Φρυνης) Phryne meretrix apud veteres ſatis nota. ATHENAEVS L. XIII. c. 7. p. 591. duas eius nominis fuiſſe prodit, alteram Σηστον (δια το αποσηθειν και αποδυειν τους συνοντας αυτη) quod eos, qui cum ipſa viuere ſolerent, fortunis exueret et tamquam cribro excuteret; alteram Theſpicam, quae vitae ſuae genere a ſumma paupertate ad pergrandes pecunias perueniſſet. Haec Theſpica ſe muros Thebanorum ſuo aere refecturam pollicita eſt, ſi haec deinde verba illis inſcriberentur: Αλεξανδρος μεν κατεσκαψεν, ανεστησε δε Φρυνη, ἡ ἑταιρα, *Alexandrum quidem diſieciſſe, refeciſſe vero Phrynen, meretricem.* Quod vero Thebani, id, quod honeſtum, magis quam Romani, (quis enim Florae αποδυσιν ignorat?) ſpectantes, noluere. Qua de re PROPERTIVS L. II. El. V. v. 5. ſq.

 Nec,

*Nec, quas deletas potuit componere Thebas*
*Phryne, tam multis facta beata viris.*

Forma fuiſſe praeſtantiſſima illud ſatis docet, quod ab ATHENAEO L. XIIII. et QVINCTILIANO L. II, 15. relatum legimus. Eſſe in capitis iudicium ob plurima grauiſſimaque crimina adductam. Qua de re quum opinio eſſet, iudices eam condemnaturos eſſe, Hyperidem oratorem, qui eam defenderet, in illorum conſpectu conſtitutae tunicas a pectore abſcidiſſe, vt nudas eius papillas nudumque pectus adſpicerent, tantumque hoc facto ſuaque oratione iudicum miſericordiam commouiſſe, in primis quum eam tamquam Veneris ſacerdotem oleo perfunderet, vt iudices, neſcio qua religione perterriti, eam condemnare auſi non eſſent. — En mores, ſuperſtitionem et licentiam illius aetatis! Longe aliter maiores noſtri, de quibus TACITVS *de moribus Germanorum* C. XVIIII. *Pauciſſima in tam numeroſa gente adulteria, quorum poena praeſens et maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere agit. Publicatae enim pudicitiae nulla venia. Non forma, non aetate, non opibus maritum inuenit. Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi ſaeculum vocatur.*

23 παιδιας) Hic ludus idem cum illo mihi eſſe videtur, quam HESYCH. κελευμα vocat. κελευματα· παιδιας ειδος. MEVRSIVS *in libro de ludis graecorum* T. VII. *Theſ. Gronou.* p. 964. recenſet quidem inter ſuos ludos, ſed nihil niſi HESYCHII locum habet. Prope etiam ad illum βασιλινδα accedit, cuius p. 952. mentionem facit. POLLVX L. VIIII. c. 7. βασιλινδα μεν ουν εστιν, όταν διακληρωθεντες, ὁ μεν βασιλευς προσταττῃ το πρακτεον· ὁ δε ὑπηρετης ειναι λαχων, πανταχοθεν απεικονῃ.

24 αγχουσῃ) *Anchuſa.* SCHOLIASTES *Ariſtophanis Lyſiſtr.* v. 46. ἡ αγχουσα, ειδος βοτανης, ἡς ἡ ῥιζα ερυθρα. ῃ ερυθαινουσι τα προσωπα αἱ γυναικες. Plura vide apud HESYCH. interpretes hoc vocabulo et GORRAEVM l. l.

25 ψιμμυθιῳ) *ceruſſa.* Eſt medicamentum metallicum ex plumbo acris aceti vapore reſoluto. Sunt verba IO. GORRAEI *defin. medicor.* p. m. 517. vbi vide plura. SVIDAS: ψιμμυθιον· χρωμα ἑταιρικον.

26 φυκει) *fuco.* Namque latinum ab eo deſcendit. SVIDAS: φυκος. ῥιζιον τας οψεις αἱ γυναικες χριουσι. POLLVX L. V, 102. (*ed. Hemſterhuſ. Amſtel.* 1706. *Fol.*) φυκει πυρραινει, ψιμμυθιῳ λευκαινει, *fuco rubram, ceruſſa albam* (faciem) *reddit.* Ceterum ad hunc locum vide EZ. SPANHEMIVM *in diſſertat. de vſu et praeſtantia numiſmatum antiquorum* T. I. p. m. 322. qui haec vlterius perſequitur.

27 κεκαλλωπισμενας) HESYCH. καλλωπιζεσθαι· κοσμεισθαι, nempe καλας τας οψεις ποιειν.

28 αρυσαμενας) SVID. et HESYCH. αρυσαμενοι. αντλησας. Hoc loco interpres Charterianus quaedam neglexit; ſic enim graeca conuertere debuiſſet: *aquam adferri et, quam manu hauſerat quaeque, ſimul faciei infundi, poſteaque ſtatim linteo abſtergi iuſſit.*

29 αποματταομενη) αποματτων· αντι του αποψων και λυμαινομενος, *abſtergens mundamque faciens.* HARPOCRATION. quod et SVIDAS ex parte exſcripſit.

30 σπιλου) σπιλος· μιασμος, ῥυπος, *macula, ſordes.* SVID.

31 μορμολυκειοις) SCHOLIASTES *Ariſtophanis ad Pacem*: μορμολυκεια (vel etiam μορμολυκια)· οὑτως δε ελεγον το εκφοβητρον· και τα προσωπεια τα αισχρα, μορμολυκεια, αφ' οὑ τραγικα και κωμικα, omnia nempe ſic vocari, per quae terror infertur; et in primis in comoediis tragoediiſque perſonas (*laruas*) deformes, quaſi μορφας λυκου. Qui plura ſcire voluerit, adeat HEMSTERHVSIVM *ad Pollucem* p. 1353. et SVID. h. v.

32 αυτο-

32 αυτοφυως) ex ſola natura profectum SVID. αυτοφυεστατον μη επιπλαστον εχουσαν καλλος. κομμωτικης πανουργιας v. ſupra c. III, 2.

33 των εξωθεν) Conuerte potius: *fuco et rebus externis, quae ad eam acceſſere, omnibus nudata* v. quae ſupra not. 21. dixi. κεινη denique apud CHARTERIVM ſcribitur; melius κοινη, vti reliquae editiones.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Αγαθων ουν των εν τη Φυσει, των μεν περι ψυχην, των δε περι σωμα, των δ' εκτος, και παρα ταυτα ουδενος αλλου γενους αγαθων επινουμενου, ἐπι μεν των ψυχικων αγαθων ουδ' οναρ [1]) ποτε μετειληΦασιν οἱ αθλουντες, ευδηλον παντι· την αρχην γαρ, ουδ' ει ψυχην εχουσι γιγνωσκουσι, τοσουτου αποδεουσι του λογικην αυτην επιστασθαι. Σαρκων [2]) γαρ αει και αἱματος αθροιζοντες πληθος, ὡς εν βορβορω [3]) πολλω την ψυχην ἑαυτων εχουσιν κατεσβεσμενην, ουδεν ακριβες νοησαι δυναμενην, αλλ' ανουν, ὁμοιως τοις αλογοις ζωοις· ισως δ' αμΦισβητησειαν [4]), ὡς των περι το σωμα τινος αγαθων επηβολοι [5]). ποτερον ουν της τιμιωτατης ὑγειας αμΦισβητησουσιν; αλλ' ουδενας αλλους αν ἑυροις εν σΦαλερωτερα [6]) διαθεσει σωματος, ειπερ Ἱπποκρατει δει πιστευειν, ειποντι, την και επ' ακρον ευεξιαν [7]) σΦαλεραν ὑπαρχειν, ἡν μεταδιωκουσιν οὑτοι· και δη και ὁτι ασκησις [8]) μεν ὑγιειης [9]), ακοριη τροΦης [10]), αοκνιη πονων [11]), Ἱπποκρατει καλως ειρημενον, επαινειται προς ἁπαντων· οἱ δε τουναντιον επιτηδευουσιν, ὑπερπονουντες [12]) τε και ὑπερπιπλαμενοι, και ὁλως τον του παλαιου [13]) λογον, ὡς κορυβαντιωντες [14]), κατεγνωκοτες· ὁ μεν γαρ ὑγιεινην διαιταν [15]) ὑποτιθεμενος [16]) ελεγε· πονοι [17]), σιτα, ποτα, ὑπνοι, αΦροδισια, παντα μετρια. οἱ δε τα γυμνασια [18]) παρα του προσηκοντος ἑκαστης ἡμερας διαπονουσι, τροΦας τε προσΦερονται συν αναγκη πολλακις, αχρι μεσων νυκτων εκτεινοντες την εδωδην· ὡς προσηκοντως αν τινα επ' αυτων ειπειν.

Ἄλλοι μὲν ῥα[19]) θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ[20])
Εὗδον[21]) παννύχιοι[22]) μαλακῷ δεδμημένοι[23]) ὕπνῳ,
Ἀλλ᾽ οὐκ ἀθλητὰς κακοδαίμονας ὕπνος ἐμάρπτεν[24]).

ἀνάλογον τοίνυν τούτοις καὶ ἡ τῶν ὕπνων αὐτοῖς ἔχει συμμετρία. ἡνίκα γὰρ οἱ κατὰ φύσιν βιοῦντες ἀπὸ τῶν ἔργων ἥκουσιν[25]), ἐδεσμάτων[26]) δεόμενοι, τηνικαῦθ᾽ οὗτοι διανίστανται τῶν ὕπνων, ὥστε ἐοικέναι τὸν βίον αὐτῶν, ὑῶν διαγωγῇ[27]). πλήν γ᾽ ὅσον οἱ μὲν ὕες οὐχ ὑπερπονοῦσιν, οὐδὲ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσιν, οἱ δέ, καὶ ταῦτα πάσχουσι[28]), καὶ ῥοδοδάφναις[29]) ἐνίοτε τὰ νῶτα διακναίονται[30]). ὁ μὲν οὖν παλαιὸς Ἱπποκράτης, πρὸς οἷς εἶπεν ἔμπροσθεν, ἔτι καὶ ταῦτά φησι· τὸ κατὰ πολὺ[31]) καὶ ἐξαπίνης πληροῦν, ἢ κενοῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. πᾶν γάρ, φησι, τὸ πολὺ, τῇ φύσει πολέμιον. οἱ δ᾽ οὔτε τούτων ἐπαΐουσιν[32]), οὔτε τῶν ἄλλων, ὅσα καλῶς εἰπόντος ἐκείνου παραβαίνουσιν, ἀλλὰ πάντ᾽ ἐξ ὑπεναντίου τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν ἐπιτηδεύουσι· καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἂν ἔγωγε φαίην ἄσκησιν, οὐχ ὑγιείας, ἀλλὰ νόσου[33]) μᾶλλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα. τοῦτο δ᾽, οἶμαι, καὶ αὐτὸν τὸν Ἱπποκράτην φρονεῖν, ἐπειδὰν λέγῃ· διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων· οὐ γὰρ μόνον τοῦ κατὰ φύσιν ἐστερῆσθαι τὸ ἐπιτήδευμα, δι᾽ ὧν εἶπεν ἐδήλωσεν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἕξιν ὠνόμασε τὴν διάθεσιν αὐτῶν, ἀφαιρούμενος καὶ τῆς προσηγορίας αὐτούς, ᾗ προσαγορεύουσιν ἅπαντες οἱ παλαιοί, τοὺς ὄντως ὑγιαίνοντας· ἡ μὲν γὰρ ἕξις, ἔμμονός τις ἐστὶ καὶ δυσαλλοίωτος[34]) διάθεσις· ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξία, σφαλερά τε καὶ εὐμετάπτωτος, οὔτε γὰρ πρόσθεσιν ἔτι διὰ τὴν ἀκρότητα χωρεῖ καὶ τῷ μὴ δύνασθαι μένειν ἐπὶ τ᾽ αὐτοῦ, μὴ δ᾽ ἀτρεμεῖν[35]), λοιπὴν ἔχει τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁδόν· οὕτως μὲν ἀθλοῦσιν αὐτοῖς διάκειται τὸ σῶμα· καταλύσασι[36]) δὲ πολὺ δή τι χεῖρον· ἔνιοι μὲν γὰρ μετ᾽ ὀλίγον ἀπο-

θνήσκου-

θνήσκεσιν, ἔνιοι δ' επι πλεον ἥκεσιν ἡλικιας, αλλ' εδε αυτοι γηρωσιν· εδε καν εφικωνται ποτε εις τουτο, των Ὁμηρικων ουδεν απολειπονται [37]) λιτων [38]),

Χωλοι τε, ρυσοι [39]) τε, παραβλωπες [40]) τ' οφθαλμω [41]), αποστερεμενοι·

Ὡς γαρ τα διασεισθεντα των τοιχων απο μηχανηματων ἑτοιμως ὑπο της τυχεσης διαλυεταί βλαβης, ουτε σεισμον, ουτ' αλλην τινα βραχυτεραν δυναμενα φερειν περιστασιν [42])· ούτω και τα των αθλητων σώματα, σαθρα καί ασθενη ταις κατα την επιτηδευσιν γεγονοτα πληγαις, ἑτοιμα προς το πασχειν εστιν επι ταις τυχεσαις προφασεσιν [43]). οἱ μεν γαρ οφθαλμοι περιωρυγμενοι πολλακις, ὁθ' ἡ δυναμις εκ ετι αντεχει, πληρενται ρευματων [44]). οἱ δ' οδοντες, ατε διασεσεισμενοι πολλακις, επιλειπεσης εν τω χρονω της δυναμεως αυτους, ἑτοιμως εκπιπτουσι· τα δε λυγισθεντα [45]) των αρθρων, ασθενη προς πασαν την εξωθεν βιαν γινεταί, και παν ρηγμα [46]) και σπασμα ραδιως κινειται. σωματικης μεν εν ὑγιειας ἑνεκα, φανερον ὡς ουδεν αλλο γενος αθλιωτερον εστι των αθλητων, ὡστ' εικοτως [47]) αν τις ειποι ευφυως ονομαζεσθαι [48]), των αθλητων προσαγορευθεντων, ἡ απο του αθλητου την προσηγοριαν των αθλιων εσχηκοτων [49]), ἡ κοινως αμφοτερων, καθαπερ απο πηγης [50]) μιας, της αθλιοτητος ωνομασμενων.

1 ουδ' οναρ) Secundum grammaticam ουδε κατ' οναρ. Id vero graece non dici docet SVIDAS: κατ' οναρ ου χρη λεγειν. βαρβαρον γαρ παντελως. αλλα, οναρ, και κατα τους ὑπνους, και εν ὑπνοις. Qua de re etiam οναρ· καθ' ὑπνους et HESYCH. ὀναρ· καθ' ὑπνον φαντασια (lege φαντασια) explicant. Nihilo tamen ſecius in N. T. inuenitur apud Matth. I, 20. II, 12. 13. et alibi ſaepius.

2 σαρκων) Id ad athletarum edacitatem ſpectare videtur, quam ATHENAEVS L. X. c. 2. exagitat, qua vero illi robur ſibi et vires parari putabant.

3 βορβορω) HESYCH. βορβορος· οχετος δυσωδης, mali odoris rimus.

4 αμφισβητησειαν) αμφισβητειν· μη συμφωνειν, αλλ' διον χωρις βαινειν, και αμφιβαλλειν. SVID.

5 επηβολοι) HESYCH. επηβολος· — δεσποτης. μετοχος. — βαλλειν γαρ το επιτυγχανειν. Sic infra c. XIII. in fine: τινες αν ετι των αλλων επηβολοι γενηθειεν αγαθων, cuius igitur aliorum bonorum participes fieri poſſent?

6 σφαλερωτερα) HESYCH. σφαλερον. επικινδυνον, αβεβαιον.

7 ευεξιαν) Galenus hanc *in libro ad Thraſybulum* την ευ εχουσαν ἑξιν eſſe dicit. Ea vero duplex eſt, altera ευεξια κατα φυσιν, quae et ſimpliciter dicitur ευεξια, altera vero ευεξια ου φυσει και αθλητικη, quam vbique exagitant HIPPOCRATES et GALENVS; videatur FOESIVS in oeconomia Hippocratis p. m. 247. Locus HIPPOCRATIS, quem hic laudat, eſt *Aphoriſm.* L. I, 3. p. 28. (*edit. Heurnii Hagaecom.* 1664. 12*mo*) εν τοισι γυμναστικοισιν αἱ ἐπ' ακρον ευεξιαι σφαλεραι, ην εν τῳ εσχατῳ εωσιν (haec verba ipſe gloſſema eſſe et interpretationem του επ' ακρον a recentiori manu adpoſitam arbitror), ου γαρ δυνανται μενειν εν τῳ αυτεῳ, ουδε ατρεμεειν. Cauſas huius periculi HEVRNIVS ad hunc locum varias recenſet, quem videat, qui ea in re edoceri cupit.

8 ασκησις) Ad hunc HIPPOCRATIS locum HESYCH., puto, ασκησις. επιμελεια.

9 ὑγιεινης) ὑγιεια et ὑγιεινη facile inter ſe commutantur. Namque apud HIPPOCRATEM legitur ὑγειης; ſic etiam in ETYMOLOGICO M. ad hunc locum, quod infra vide. Galenus ex memoria petitum adpoſuiſſe videtur. Quod ipſi eo facilius accidere poterat, quia atticis ſcriptoribus, qualis eſt Galenus, id familiare eſſe didici ex ETYMOLOGICO M. in v. ὑγιης. — ὡσπερ δε παρα το ευσεβης, ευσεβεια, ὁυτω και παρα το ὑγιης, γινεται ὑγιεια, και κρασει, ὑγεια. δι δε Αθηναιοι — φυλαττουσι την γραφην, ὑγιεια.

10 ακορια τροφης) cibis non vsque ad ſatietatem vti, ita quidem, vt ſi comedere deſinas, ſemper aliquid deſiderii ciborum reſtet. Vnde FOESIVS ad h. l. corrigi poteſt.

11 αοκνιη πονων) indefeſſum laboris ſtudium. Notetur POLLVX, qui id vocabulum inter ea refert, quorum vſum vetat, L. III, 120. ἡ δε φιλοπονια, ευτελης, ὡσπερ και ἡ αοκνια. Attamen ipſe L. V, 125. inter probatiſſima recenſet. Eſt ſane probum, licet non ad HOMERI aetatem aſcendat. Pari iure ETYMOLOGICVM M. reprehendendum, quod in voc. πονος locum HIPPOCRATIS praue explicat. πονος. παρα το πενω, το ενεργω, και καμνω. σημαινει δε το γυμνασιον, (nempe athleticam in gymnaſiis exercitationem, cf. infra *not.* 18.), ὡς παρα Ἱπποκρατει ασκησις ὑγειης, ακορια τροφης, αοκνια πονων, quum tamen HIPPOCRATES athleticam corporis exercitationem vbique improbet, et hoc loco non niſi eos labores iubere videatur, qui ad vitae vſum et artes pertinent. Sed ſi quis velit vocabulum γυμνασιον in hoc ETYMOLOGICI M. loco ita explicare, vt ſit corporis exercitatio quaeuis, quae ſignificatio etiam apud HIPPOCRATEM et GALENVM occurrit, ipſe non repugno. — Perperam παντων pro πονων legitur in editt. Aldin. et Baſil. Ceterum hic locus apud HIPPOCRATEM habetur *L. VI. Epidemic. ſect.* 4. *aphor.* 20. ad quem videatur GALENVS et PALLADIVS.

12 ὑπερπονουντες) et ὑπερπιπλαμενοι ſua compoſitione facile intelliguntur. Vtrumque transgreſſos moderationis fines; hoc, in ſumendis cibis, illud, in ſuſcipiendo labore, denotat. Nec verba de iis feciſſem, niſi Lexicographi ὑπερπιπλημι ignorarent, pro quo poetικωτερον ὑπερπιμπλημι habent.

13 παλαιου) nempe HIPPOCRATIS, vti paullo infra ὁ παλαιος Ἱπποκρατης, cuius ſcripta omnium medicorum antiquiſſima ſunt. Parum tamen abeſt, quin Galenum hoc loco duplicem verborum ſenſum voluiſſe ſtatuam. του παλαιου, *Hippocratis nempe, quem illi, vt παλαιον, parui faciunt.* Poſteriorem huius vocabuli ſignificationem prodit HESYCH. παλαιος. ὁ ταις φρεσιν εξεφθαρμενος ηδη, αφρων, ὁ και ηλιθιος. Gallis, *vn bon homme, vn bon vieillard.*

14 κορυβαντιωντες) Sacerdotes, a Corybante, Iaſonis ſeu Iaſionis vel Iaſii et Cybeles, filio ita dicti, qui matri deorum ſacra faciebant.

Horum

Hominis proprium erat, caput ſemper rotare, ſaltare et inſaniant prae ſe ferre. Iouem ſtrepitu armorum ſuorum ſeruaſſe refert CALLIMACHVS *Hymn. in Iouem* I. quum hac re efficerent, vt vagitus illius audiri non poſſet. SVIDι κορυβαντες· ενιοι τους κουρητας και κορυβαντας τους αυτους υπειληφασιν· ησαν δε Διος τροφεις ουτοι και φυλακες. τινες δε αυτους δεκα φασιν, αλλοι εννεα. Ab his deinde omnes, qui inſani erant, aut videbantur, κορυβαντιωντες dicti. SVID. κορυβαντιᾳ· μαινεται, ηχει, η ορχειται η δαιμονιᾳ κορυβαντιων. ενθουσιων, μαινομενος. TIMAEVS *in gloſſis Platon.* κορυβαντιαν. παρεμμαινεσθαι και ενθουσιαστικως κινεισθαι. Plura vide apud LANGBAENIVM *ad Longinum* ſect. 38. p. 209. *edit. Toll.* et SPANHEMIVM *ad Callimachum hymn. in Iou.* T. II. p. 21. ſeqq.

15 διαιταν) vitae ratio et inſtitutum. GALENI *Commentar.* 3. in Lib. III. *epidem.* p. 420. λεγω δε διαιταν ου την εν τοις εσθιομενοις τε και πινομενοις μονον, αλλα και πασι τοις αλλοις, οιον αργιαις, γυμνασιοις, λουτροις, αφροδισιοις, υπνοις, αγρυπνιαις, απασι τε τοις ὁπωσουν γινομενοις κατα τα των ανθρωπων σωματα. Plura vide de hoc vocabulo apud FOESIVM *in oeconom. Hippocr.*

16 υποτιθεμενος) HESYCH. υποτιθεται. συμβουλευει.

17 πονοι —) πονος hoc loco nihil aliud eſt quam κινησις. De reliquis huius vocabuli apud medicos in primis ſignificationibus vide FOESIVM in libro ſaepius laudato. Addo PHOCYLIDIS diſtichon, quod eadem vitae praecepta refert, v. 64.

Μετρῳ μεν φαγεειν, πιειν και μυθολογευειν.
Παντων μετρον αριστον, ὑπερβασιη δ' αλεγεινη.

Ceterum HIPPOCRATIS locus eſt *Epidemicorum* VI. *Aphor.* 5. *ſect.* 6.

18 γυμνασια) hoc loco athleticae exercitationes. Saepius alias apud medicorum vtrumque principem pro quauis exercitatione corporis ſumitur. v. GALEN. ad L. VI. *epidemic. Aphor.* 5. *ſect.* 1. cf. ſupra *not.* 11.

19 αλλοι μεν ρα) Sunt verſus HOMERI *Iliad.* Ω, 677. niſi quod verſum tertium paullo ad illudendos athletas immutauit Galenus, qui apud Homerum ſic habetur:

Αλλ' ουχ Ἑρμειην εριουνιον ὑπνος εμαρπτεν.

Αλλοι μεν ρα θεοι τε και ανερες ἱπποκορυσται Ευδον παννυχιοι etiam *Iliad.* B, 1, vti ſolemne HOMERO, habetur. Ibi SCHOLIASTES: αλλοι μεν ρα, οἱ μεν δη.

20 ἱπποκορυσται) SCHOL. εφ' ἱππων ὁπλιζομενοι, η ἱππους κορυσσοντες, τουτ' εστι, πολεμικοι, η αφ' ἱππων μαχομενοι. HESYCH. εν ταις περικεφαλαιαις τριχας ἱππων εχοντες (quae interpretatio mihi quidem videtur optima), ἱππομαχοι.

21 ευδον) εκαθευδον, εκοιμωντο. SCHOL.

22 παννυχιοι) δι' ὁλης της νυκτος. SCHOL. *Ad Iliad.* K, 2. vero, vbi verſus hic totus etiam habetur, idem: νυν το παννυχιοι ου σημαινει το δι' ὁλης νυκτος, αλλα, το πλειστον μερος της νυκτος.

23 μαλακῳ δεδμημενοι) προσηκει, ηδει ὑπνῳ κατεχομενοι. SCHOLIASTES ad *Iliad.* K, 2.

24 εμαρπτεν) κατελαβε. SCHOL. *ad Iliad.* Φ, 489. συνελαμβανε ad Ξ, 346.

25 ἑκουσιν) in edit. Aldin. et Baſil. εχουσιν. κ et χ inter ſe facile permutantur, et quum vnum vitium commiſſum erat, alterum E pro H per ſe ſequebatur.

26 εδεσματων) εδεσμα· τροφη. ETYMOLOG. M. Elegans eſt meridiei deſcriptio, quando ſcilicet ii, qui naturam in vita ducem ſequuntur, a labore matutino redeuntes prandent.

27 διαγωγη) hoc loco pro διαιτῃ *vitae ratione* ſumitur. Sic HESYCH. διαιταν per διαγωγην, τροφας explicat. Ipſe GALENVS alias βιον

ſiue ... addit, vti in libro περι κρισιμων ἡμερων apud CHARTERIVM T. II. p. 323. E.

28 πασχουσι) πασχειν proprie *pati* ſignificare nullum fugit. Id deinde de omnibus dicitur, qui aliarum re vi adficiuntur, aut reguntur. SVIDAS in v. πασχειν. Sic Galenus hoc loco athletas brutorum inſtar eſſe, comparatos indicat, quia nihil ſua vi, ſed omnia ex mechaniſmo, quem vocant, vti bruta, agant.

29 ῥοδοδαφνας) Galenus περι της των ἁπλων φαρμακων δυναμεως L. VIII. ſtatim a principio: Νηριον, η ῥοδοδαφνη. γνωριμος ἁπασιν θαμνος. εξωθεν μεν του σωματος ει καταπλασθειη, διαφορητικης (*digerendi vim habet*) εστι δυναμεως. εισω δε λαμβανομενη, ολεθριος τε και δηλητηριος ουκ ανθρωποις μονον, αλλα και τοις πλειστοις των βοσκηματων. PLINIVS, AELIANVS et DIOSCORIDES plura habent, quae vero huc non pertinent. Hodie *Nerium Oleander* vocatur. Cauſam vero, de qua athletas dorſo adplicaſſe dicit Galenus, quamue vim ipſi in eo poſuerint, apud nullum inuenio. Digerendi vim habere Galenus adfirmat, quod noſtrates inter eius fabulas referunt. IBN-TSINA (quem vulgo AVICENNAM vocant) ſe ſcabiem cutisque duritiem hac medicina ſanaſſe narrat, quod, ſi cum Galeni ſententia comparaueris, non nihil hunc locum illuſtrare videtur, in primis quum hodie ſatis ſuperque notum, olei et ſalis plurimum huic frutici ineſſe. Sed hanc rem peritis diiudicandam relinquam. Quae de eo ſcripſere veteres collecta vide apud MATTHIOLVM *commentar. in L. III. Dioſcor.* c. 77. p. 775. (*operum ex edit. Bauhini* 1598. *Fol.*) qui etiam eius imaginem ſatis bene exprimendam curauit; et in LEXICO VNIVERSALI ZEDLERIANO T. XXV. p. 1164. ſſ.

30 διακναιονται) SVIDAS: διακναιειν εστι κυριως το ξυειν τυρον τη κνηστι, διακναιειν *proprie ſignificat*, *caſeum radula radere*, et deinde generatim *radere*, vti hoc loco. De alia huius vocabuli ſignificatione, *corrumpere*, *lacerare*, quae ex hac oritur, vide FOESIVM l. l.

31 το κατα πολυ) Locus HIPPOCRATIS eſt *L. II. Aphoriſm.* 57. p. m. 158. quem Galenus ex memoria petitum ſcripſiſſe videtur (cf. ſupra *not.* 9.). Namque paullo aliter legitur apud illum: το κατα πολυ εξαπινης κενουν, η πληρουν, η θερμαινειν, η ψυχειν, η αλλως ὁκωσουν το σωμα κινειν, σφαλερον. και γαρ παν το πολυ τη φυσει πολεμιον. ὁκωσουν Iones dicunt, qualis HIPPOCRATES, pro ὁπωσουν. HESYCH. ὁπωσουν· διῳ δη τροπῳ. Ad ſingula vero HIPPOCRATIS vide HEVRNIVM et FOESIVM ll. ll.

32 επαΐουσιν) CHARTERIVS habet επαιουσιν, ſed merito legendum επαΐουσιν. In edit. Aldin. et Baſil. habetur επαΐσιν, vbi aperte ſcribarum incuria excidit ου. Quod dudum ante nos vidit ARCERIVS in notis ad h. l. vti ex LINDANO ad HESYCH. T. I. p. 1306. not. 18. didici. αΐειν HESYCHIO eſt ακουειν, αισθανεσθαι. Hoc loco optime per *intelligere*, *perſpicere*, conuertitur.

33 νοσου) Hoc loco perperam apud CHARTERIVM ſcribitur νοσον pro νοσου, quod iam habent edit. Aldin. et Baſil.

34 δυσαλλοιωτος) *quod difficile mutatur.* αλλοιουσθαι PHAVORINO μετασχηματιζεσθαι· αλλοιος, ὁ παρηλλαγμενος, η αλλοδαπος.

35 ατρεμειν) Apud HIPPOCRATEM ſaepiſſime occurrit. ἡσυχιαν αγειν, *quieſcere* ſignificat, v. FOESIVM l. l. Namque hoc loco παραφραστικως partim ea profert Galenus, quae paullo ſupra ex L. I. *Aphor.* 3. laudauimus.

36 καταλυσασι) Vocabulum καταλυειν, quod etiam c. XII. eodem modo occurrit, a re militari, vt plurima alia, ſumtum. EVSTATHIVS *ad Odyſſ.* Δ, 28. p. 145. *edit. Baſil.* καταλυσομεν ἱππους, αντι του αποζευξομεν, λυσομεν του ἁρματος. ὁθεν μετηνεχθη και το καταλυειν αντι του ξενοδοχεισθαι. Sic deinde, et quidem ſaepe apud noſtrum, de athletis rude donatis (ſic etiam in N. T. apud LVCAM II, 29. απολυειν τον δουλον

ἀυ) dicitur, qui quiete vtuntur. Vbi vero intelligendum την ἀσκησιν, quod addit Galenus infra c. XIIII. quam ελλειψιν, vt plurimas alias, fruſtra quaeras apud LAMBERTVM BOS. *in libro de ellipſ. gr.* — Ceterum, quae hoc loco de athletis rude donatis obſeruat Galenus, ea hodie etiam de pleriſque obſeruantur, qui ex laborioſo vitae genere in quietum et otioſum repentino ſecedunt. Namque natura omnem ſaltum reſpuit.

37 απολειποντα) vt ſupra c. VII, 9.

38 λιτων) Hoc loco deae intelligendae ſunt, quae precibus praeſunt, de quibus HOMERVS Iliad. I, 498.

Και γαρ τε Λιται εισι Διος κουραι μεγαλοιο,
Χωλαι τε, ρυσαι τε, παραβλωπες τ' οφθαλμω.

Vbi multa habent SCHOLIASTES et EVSTATHIVS, quos adeat, cui vacat.

39 ρυσαι) SCHOLIASTES ad loc. Hom. ρυται ρυτιδας εχουσαι. ρυτιδες δε καλουνται αἱ επι του μετωπου του δερματος συστροφαι.

40 παραβλωπες) HESYCH. διεστραφοι, τας οψεις διεστραφοτες και παραβλεποντες. PHOTII *Lexicon Mſc.* παραβλωπες· στραβοι (*ſtrabi* vel *ſtrabones* latinorum).

41 τ' οφθαλμω) Id apud HOMERVM, omiſſa part. κατα, ad παραβλωπες pertinet. Galenus vero μηστεροφωμενοι addit illique iungit, pro quo Aldin. et Baſil. edit. habent ἀποτελουμενοι, ſine omni ſignificatione. Sed erunt, puto, qui vtrumque falſum et ab aliena manu adiectum eſſe arbitrentur; quibus ego facile adſentior, in primis quum metrum adiectionem id vocabulum, quod, cui bono adeſſe debeat, non video, plane reſpuat. — Sed hoc loco non poſſum, quin CICERONIS verba adponam, quae huc adprime faciunt, *de ſenectute* c. VIIII. *quae enim vox poteſt eſſe contemtior quam Milonis Crotoniatae, qui quum iam ſenex eſſet, athletaſque ſe in curriculo* (xyſto) *exercentes videret, adſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrimanſque dixiſſe: at hi quidem mortui ſunt! Non vero tam iſti, quam tu ipſe, nugator. Neque enim ex te vmquam es nobilitatus, ſed ex lateribus et lacertis tuis.*

42 περιστασιν) HESYCH. περιστασις. θλιψις. — Vocabulum ſumtum de re militari, vbi loca ab hoſtibus corona circumdata θλιψεσι premuntur.

43 προφασεων) HESYCH. προφασις· αιτια, αφορμη, *occaſio.*

44 ρευματων) ρευμα id dicitur, ſi ſerum ſalſum et acre per renes non ſatis expurgatum et ad articulos aut muſculos exploſum ex parte quadam corporis effluat. Oritur autem eiuſmodi adfectio, ſi vis (*tonica*), quae corpus vniuerſum alit et conſeruat, infirmitate laboret, vbi collecta illius ſeri multitudo in omnium partium infirmiſſimas defluit. GALENVS *ad Glauconem.*

45 λυγισθεντα) *Contorta.* HESYCH. λυγιζεται· συνδειται, στρεφεται. V. etiam SVID.

46 ρηγμα) Id vocatur, ſi mollior aliqua corporis pars ſoluitur, aut potius diſrumpitur. v. GORRAEVS *definit. medic.* p. m. 402.

47 εικοτως) HESYCH. εικοτως· πρεποντως, ευλογως, δικαιως. Notandum hoc loco in Galeno videtur, quod in nominum luſione, tanto viro ſane indigna, nunc deprehendi ſe paſſus ſit. Sed ea tum erant tempora, quum verus pulcri ſenſus ſenſim paullatimque periret, hominesque vulgo σοφιστικαις elegantiis delectarentur.

48 ευφυης ονομαζεσθαι) in edit. Aldin. et Baſil. ευγενης legitur.

49 των αθλιων ισχυκοτων) in edit. Aldin. et Baſil. των αθλιων ισχυκοτων, quod verae lectionis veſtigia ſeruaſſe videtur. Ipſe enim τω αθλιον ισχυκοτος legere mallim. Mutatio facilis pariter ac neceſſaria. —

Sed

Sed *athleta* vt nomen *appellatiuum* et *commune* ſpectari poteſt; tunc lectio Charteriana retinenda.

50 *απο πηγης*) Ex conſuetudine ſcribarum in quibusdam codicibus *απο γης*, vnde ſic edit. Aldin. et Baſil. Sed *πηγης* ex aliis reſtituit CHARTERIVS (cf. ſupra VIIII, 15.).

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Αλλ' επειδη και περι του μεγιστου των σωματικων αγαθων της ὑγιειας εσκεμμεθα, μεταβωμεν επι τα λοιπα. τα μεν δη περι καλλους [1] οὑτως αυτοις εχει, ὡς μη μονον ωφελεισθαι [2]) τι προς της αθλησεως την φυσιν [3]), αλλα και πολλους αυτων πανυ συμμετρως εχοντας των μελων, οἱ γυμνασται παραλαβοντες, ὑπερπιαναντες τε και διαταξαντες [4]) αιματι τε και σαρξιν, εις τουναντιον ηγαγον· ενιων δε και τα προσωπα πανταπασιν αμορφα και δυσειδη κατεστησαν, και μαλιστα των παγκρατιον [5]), η πυγμην ασκησαντων· ὁταν δε και των μελων τι τελεως αποκλασωσιν η διαστρεψωσιν, η τους οφθαλμους εκκοψωσι, τοτ', οιμαι, τοτε και μαλιστα το της επιτηδευσεως αυτων αποτελουμενον καλλος εναργως ὁρασθαι· ταυτα μεν ουν αυτοις ὑγιαινουσιν, εις καλλος ευτυχειται· καταλυσασι δε, και τα λοιπα του σωματος αισθητηριων [6]) προσαπολλυται, και πανθ', ὡς εφην, τα μελη διαστρεφομενα, παντοιας αμορφιας αιτια γινεται.

1 *καλλους*) In hoc capite id in primis vt probet operam dat Galenus, athletarum ſtudia ad corporis habitum externum emendandum pulcritudinemque ſibi parandam conferre nihil poſſe. Namque ea olim in Graecia, quum haec exercitia inſtituerentur, hominum erat opinio, fore, vt iuuenes hac corporis exercitatione non modo robuſtiores et ad quoduis bellum gerendum commodiores redderentur, ſed etiam valetudinem et pulcram corporis formam paratam haberent. Quod etiam irritum non fuiſſe graecae hiſtoriae et quae ex eo tempore ſuperſunt monumenta et ſtatuae ſatis ſuperque nos edocere poſſunt. Quoniam vero, vti et in aliis rebus fieri ſolet, modum in hiſce ſtudiis excederent, ac in primis ab eo, quem initio habuerant, fine poſtea longius aberrarent, factum eſt, vt omnes boni in ea ſtudia grauiſſime inueherentur.

2 *ὡς μη μονον ωφελεισθαι*) Atticorum eſt nonnunquam *ουκ* omittere, vti DEMOSTHENES *pro corona ουχ ὁπως χαριν αυτοις εχεις, αλλα* — *non modo nullam iis gratiam habes, ſed* — v. VIGERVS *de idiotiſmis L. gr.* (*edit. Hoogeuenii, Lugdun. Bat.* 1752. *8uo*) p. 343.

φυσιν

3 φυσιν) φυσις hoc loco *naturalem corporis habitum formamque* ſignificat, vti apud OVIDIVM *Metamorph.* I, 403. *natura* et φυη Homericum, Il. A, 115.

4 διασαξαντες) Id pariter ac ὑπεκπιανεντες Lexica ignorant. σαττειν EVSTATHIVS per φορτιζειν, *oneris imponere* explicat. Sed ſaepe etiam *implere*, *refercire* ſignificat, quod etiam διασαττειν hoc loco ſibi velle videtur. πιαινειν HESYCH. aliique per σιτευειν, λιπαινειν, *pinguem reddere* exponunt. ὑπερ modum in ea re exceſſum denotat. Itaque is nunc oritur ſenſus, ex more magiſtrorum in athletica arte, ſi quos in diſciplinam acceperint adoleſcentes aequali membrorum diſpoſitione proportione exornatos, ſtatim id agi, vt nimio cibo pingues atque ſanguine carneque ſupra modum onuſtos efficiant, eaque re tantum abeſſe, vt dignitas corporis augeatur, vt imminuatur potius planeque ſenſim pereat.

5 παγκρατιον) pugilatus et lucta ſi coniungebantur, παγκρατιον vocabatur; de vtroque horum ſupra iam quaedam adtuli.

6 αισθητηριων) HESYCH. αισθητηρια· τα μελη, δι' ων αισθανομεθα.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Αλλ' ισως των ειρημενων ουδενος, ισχυος δ' [1]) αντιποιησονται· τουτο γαρ, ευ οιδ', εν φησουσιν, ισχυροτατον παντων ειναι. ποιας, ω προς θεων, ισχυος, και που χρησιμης; ποτερον της εις τα γεωργικα των εργων; πανυ μεν ουν καλως η σκαπτειν, η θεριζειν, η αρουν, η τι των αλλων των κατα την γεωργιαν, δυνανται; αλλ' ισως εις τα πολεμικα; τον Ευριπιδην [2]) αυθις μοι καλει, όστις αυτους ὑμνησει λεγων,

Ποτερα μαχουνται πολεμιοισιν; εν χεροιν
Δισκους εχοντες; ἡ δι' ασπιδων χεροιν
Θεινοντες εκβαλουσι πολεμιους πατρας;

τῳ γαρ οντι,

Ουδεις σιδηρου ταυτα μωραινει πελας.

αλλα προς κρυος και θαλπος ισχυροι, αυτου γε του Ἡρακλεος ζηλωται, ὡς ενι, και χειμωνι και θερει, σκεπεσθαι [3]) δερματι, ὡς ανυποδητοι διατελειν, ὑπαιθριοι κοιμασθαι, χαμευνειν [4]); εν άπασι γαρ τουτοις των νεογνων [5]) παιδων εισιν ασθενεστεροι. εν τινι τοινυν ετι την ισχυν επιδειξονται; η επι τινι μεγα φρονησουσιν; ου γαρ δηπου ότι επι τω τους σκυτοτομους, η τεκτονας, η τους οικοδομους οιοι τ' εισι καταβαλλειν εν παλαιστρᾳ

τε και σταδιῳ· ταχ᾽ ουν επι τῳ δι᾽ ὁλης ἡμερας κονιεσθαι [6]) δικαιουσιν· αλλα τουτο γε και τοις ορτυξι [7]), και τοις περδιξιν ὑπαρχει· και, ειπερ επι τουτῳ μεγα χρη φρονειν, επι τῳ δι᾽ ὁλης ἡμερας βορβορῳ λουεσθαι. Αλλα νη δια των ἱερουργημενων [8]) ἑνα ταυρων αναθεμενος [9]) τοις ωμοις ὁ Μιλων [10]) εκεινος ὁ Κροτωνιατης διεκομισε ποτε το σταδιον [11]). ω της ὑπερβαλλουσης ανοιας, ὡς μηδε τουτο γινωσκειν, ὁτι προ βραχεος το βαρυ [12]) το αυτὸ τουτο σωμα του ταυρου ζωντος, εβασταζεν ἡ ψυχη [13]) του ζωου. Και πολλῳ γ᾽ ακομψοτερον, η ὁ Μιλων, ηγε και θειν εδυνατο βασταζουσα· αλλ᾽ ὁμως ουδενος ην αξια, παραπλησιως τη Μιλωνος· εδηλωσε δε και ἡ τελευτη τ᾽ ανδρος [14]) ὁπως ην ανοητος, ὁς γε θεασαμενος ποτε νεανισκον σχιζοντα κατα μηκος ξυλα ενθεσει σφηνων, εκεινον μεν απεστησε καταγελασας, αυτος δε δια των ἑαυτου χειρων μονων ετολμησε διασπαν αυτο· καπειθ᾽ ὁσον ειχεν ισχυος, ευθυς εν τη προσβολη πληρωσας, διεστησε μεν ἑκατερωσε τα μερη του ξυλου, των σφηνων δ᾽ εκπεσοντων εν τῳδε [15]), το λοιπον του ξυλου μερος αδυνατων διαστησαι [16]), μεχρι πολλου μεν αντειχεν, ὑστερον δε νικηθεις, ουκ εφθασε κομισασθαι [17]) τας χειρας, αλλ᾽ ὑπο των μερων του ξυλου συνελθοντων αλληλοις καταληφθεισαι [18]), συνετριβησαν μεν αὑται πρωται, θανατου δ᾽ οικτρου τῳ Μιλωνι κατεστησαν αιτιαι· παιυ γουν ωνησεν αυτον, εις το μηδεν παθειν, ὁ νεκρος ταυρος ἐν τῳ σταδιῳ βασταχθεις; η το κοινον [19]) των Ἑλληνων εσωσεν αν, ἡνικα προς τον βαρβαρον επολεμουν, ἡ τοιαυτη του Μιλωνος ενεργεια περι τον ταυρον, αλλ᾽ ουχ ἡ Θεμιστοκλεους σοφια; πρωτον μεν ὑποκριναμενου [20]) καλως τον χρησμον [21]), ειτα στρατηγησαντος ὡς εχρην

Σοφον γαρ ἑν βουλευμα και πολλας χερας
Νικᾳ· συν ὁπλοις δ᾽ αμαθια χειρον η κακον [22]).

οτι

ὅτι μεν εις ουδεν των κατα τον βιον εργων χρησιμος ἡ των αθλητων ασκησις, ευ οιδ' ὅτι σαφες ηδη γεγονεν. ὅτι δε και εν ἑαυτοις, οἱς ασκουσιν, ουδενος εισιν αξιοι λογου, μαθοιτ' αν ει διηγησαιμην ὑμιν τον μυθον εκεινον, ὁν των ουκ αμουσων ανδρων τις εντεινας επεσι διεσκευασεν [23]). εστι δε οὑτος· ει Διος γνωμη πασι τοις ζωοις ὁμονοια και κοινωνια γενοιτο προς τον βιον, ὡς τον εν Ολυμπια κηρυκα [24]), μη μονον ανθρωπους τους αγωνιουμενους καλειν, αλλα και πασιν επιτρεπειν τοις ζωοις εις το σταδιον ἡκειν ἑν, ουδενα αν ανθρωπον οιμαι στεφθησεσθαι.

Εν μεν γαρ δολιχῳ [25]) πανυπερτατος εσσεται ἱππος [26]),

Quod porro non exigua libri pars (nam de reliqua nihil certi dicere licet, quae hauſta eſſe poteſt ex aliis auctoribus, quorum opera intercepit temporis iniquitas) ad verbum paene eſt deſcripta cum ex aliis, tum e Vitis maxime Plutarchicis, id indignum mihi videtur, neque conſentaneum foecundo Plutarchi ingenio. Quoties enim ille rem eandem ſaepius in ſcriptis ſuis commemorat, toties fere et verbis et ſententiis variat. qui autem haec apophthegmata collegit, is id ipſum egiſſe videtur, vt deſcriberet magis, quam ſuo modo narraret: id quod in iis maxime locis animaduertere

h) b. Reisk. ad Plut. Lycurg. p. 808. *Mirarer*, inquit, *iudicium Plutarchi, dictum infrunitum, ſale et ſenſu communi carens in ſcite et acute dictis referentis, niſi aliunde conſtaret, non acerrimum, neque ſubtiliſſimum id ei fuiſſe.*

licet, quae non mera habent apophthegmata, quorum natura et ratio non patitur, opinor, variationem narrantis. Vbi vero orationem mutat, tum affectat fere ſingularia et rariora. Id meminerint, rogo, lectores in diiudicanda parte animaduerſionum noſtrarum, quibus ei duriora nonnulla ab interpretum coniecturis vindicauimus. Et fortaſſe infra poterit probabilis quaedam eius rei cauſſa inueniri.

Neque illud in cauſſa noſtra negligendum arbitror, quod complures ſententiae a Noſtro commemorantur aliquoties, pluribusque tribuuntur auctoribus. Non placet hic exempla ponere, aſſeuerare tamen poſſum, tricies amplius id eſſe factum in hoc ipſo volumine atque fortaſſe haud paullo ſaepius, ſi adiungas Regum et Imperatorum Apophthegmata. Iam quis credat adeo negligenter verſatum eſſe Plutarchum in hoc argumento, vt, quid prius ſcripſiſſet, mox obliuiſceretur? Eueniſſe ei ſubinde hoc, quod vel diligentiſſimo cuique obrepere poteſt in tanto quidem ſcriptitandi ſtudio, vt ſiue memoria lapſus, ſiue meliora poſtea edoctus parum ſibi conſtaret, diuerſisque locis rem diuerſe traderet, obſeruatum eſt et admonitum a multis. Mittamus igitur, ſi in his quoque collectaneis reperiantur, quae non optime conſpirent cum aliis locis Plutarchicis. Verum in vno eodemque libello quis tantam ferat inconſtantiam, tam ſupinam negligentiam? At potuerunt plures Lacones, iisdem inſtitutis imbuti, eademque ſtudia aemulantes, eandem etiam ſententiam proferre. Scimus: ſed ita non debebant ſub finem libelli ignotis tribui Spartanis, quae ſuperius certis iam aſſignatae eſſent regibus.

Haec igitur tanta, tamque multiplex negligentia cum minime cadat in auctorem Vitarum parallelarum, aliorumque opuſculorum dignorum quae nullum paene diem de manibus deponantur; alterutrum profecto ſit neceſſe eſt, aut contaminatum eſſe hunc libellum impuris ſciolorum ſcribarumue manibus, aut totum profectum ab alio. Auſum vero eſſe quemquam adeo ſaeua manu importunaque libidine in eo graſſari, vt nullam prope eius partem intactam relinqueret, incredibile propemodum eſt, et exemplo, quod ſciam, caret. Donec igitur meliora edoceamur, ma-

neat hoc, Apophthegmatum Laconicorum faſciculum, qui circumferatur hodie, non eſſe collectum a Chaeronenſi Plutarcho. Sed ſatis de hoc; ad alterum perueniamus opuſculum, quod eſt de Inſtitutis Laconicis.

Hic vero diſputari poſſit haud immerito, an credibile ſit, veniſſe Plutarcho in mentem, poſtquam omnem Inſtitutorum Laconicorum rationem in vita Lycurgi copioſe et perſpicue expoſuerat, eandem peculiari libello denuo ſibi tractandam ſumere. In quo tamen nihil nos iuuat Lamprias, cuius auctoritate ſupra vtebamur. Etſi enim ille ſilet de hoc argumento, tamen cum catalogus eius in fine mutilus ſit, cauendum eſſe iam Fabricius monuit, ne quis ſilentio eius abuſus quorundam Plutarchi libellorum αὐθεντίαν impugnare auſit. Quidquid vero ſit, certum nobis atque exploratum videtur, hunc, de quo agimus, non ab eo eſſe conſignatum: tam manifeſta compilatoris veſtigia impreſſa gerit! Primum enim ſi Plutarcho placuiſſet proprio libello retractare illud argumentum, curaſſet haud dubie, vt is ſiue a copia ſiue ab alia quacunque virtute commendationis aliquid haberet prae Lycurgi vita. Hunc vero videmus adeo nihil praecipui habere, vt potius imperfectior ſit multis numeris, minusque elaboratus et pauciſſima habeat quibus careat illa. Deinde quod in Apophthegmatis notaui, non exiguam eorum partem verbotenus transſcriptam eſſe ex aliis auctoribus, id haud ſcio an multo magis de hoc opuſculo dici poſſit, cuius loca longe plurima iisdem fere ſyllabis in vita Lycurgi reperies, paucis vel immutatis vel aliunde adſperſis. In iſtis porro locis excerpendis quam negligenter, quamque imperite auctor ſit verſatus, vel ex iis poterit intelligi, quae in animaduerſionibus ad n. 22. notauimus; quibus nunc addemus aliud non minus perſpicuum exemplum. Offendent haud dubie lectores ſ. 6. in nominatiuis iſtis ἐπαγγελίαι τε καὶ μεγαλαυχίαι κ. τ. λ. vbi loci ratio manifeſte accuſatiuos flagitat. Nempe res ſic ſe habet. Plutarchus in Lycurgo cap. XXI. per totum locum nominatiuis vſus erat: ἔπαινοι γὰρ ἦσαν — καὶ ψόγοι — ἐπαγγελίαι τε καὶ μεγαλαυχίαι. quid Noſter? mutatis prioribus nominatiuis poſteriores intactos reliquit, quaſi hi

penderent a verbis καὶ ἡ λέξις ἦν ἀφελής, quod tamen non eſt. Et quid tandem de exordio libelli dicemus, quod tam abruptum eſt, vt ne nominatis quidem Lacedaemoniis, ſtatim in media eorum inſtituta irruat? Plutarchus enim in Vita Lycurgi, vbi phiditiorum rationem bene et perſpicue expoſuit, pergit: Τῶν δ' εἰσιόντων ἑκάστῳ κ. τ. λ. ecce! his ipſis verbis, quae arctiſſime orationem nectunt cum ſuperioribus, Noſter exorditur integrum libellum, adiectis tantum verbis εἰς τὰ συσσίτια. Dicemusne cohaerere hunc libellum cum Apophthegmatis Laconicis, quibus ſubiectus vulgo editur? hanc ſententiam vidi magno Eraſmo ſediſſe, qui eum in Adagg. Chiliad. p. m. 657. *coronidem* appellat Apophthegmatis Laconicis adiectam. Scilicet librariis debetur illa coronis, qui cum commodiorem locum non inuenirent, hunc ei aſſignarunt: quo facto ordo libellorum male turbatus eſt, nam haec Inſtituta rurſus ſequuntur Apophthegmata Lacaenarum. Fortaſſe haec quoque difficultas mox poterit felicius expediri, niſi malimus dicere, etiam hoc exordium abolitum eſſe vetuſtate.

A quo autem profectum ſit hoc vtrumque opuſculum, aut quo conſilio conſarcinatum, non poteſt pro certo dici. Rualdo περιγύμνασμα videtur Lampriae. Luſerit ita Lamprias; quae vero impudentia, luſus ſuos pueriles in indice ſcriptorum paternorum reponere? Iuniori cuidam Plutarcho, cuius Tzetzes mentionem faciat, Voſſius tribuit, vna nixus nominis communione, quae vt non raro talis confuſionis cauſſa extitit, ita nunc minus audienda eſt, vbi argumenti potius ſimilitudo errorem genuiſſe videtur. Si aliam coniecturam addere licet, veri non admodum diſſimile nobis videtur, a patre quodam familias aut a literarum magiſtro in ſuorum gratiam haec conſuta eſſe: quo ſumto, omnes, quas ſupra mouimus difficultates, euaneſcunt Is enim id ipſum egit, vt ex variis locis pro conſilii ratione vel ad verbum deſcriptis, vel leuiter immutatis huiusmodi collectanea conficeret; is reſecuit quae puerorum ſcire nihil intereſſe putaret, veluti quae de matrimonio ineundo, de ſobolis procreatione, de omni re militari et de aliis quibusdam rebus copioſe a Plutarcho et a Xenophonte diſputantur; in

immiſcuit ſubinde rariora et a vulgari loquendi conſuetudine abhorrentia, quibus pueri adſueti ſine negotio reliquos graecae linguae auctores cognoſcerent. Et cum Ageſilaus, Lycurgus, Lyſander facile antecelluiſſent ceteris Spartanis facta quoque eorum ſuis nota eſſe voluit. Quod ſi lapſus interdum eſt in excerpendo, ſi capite truncatum dedit Inſtitutorum libellum, ſi denique in Apophthegmatis eandem ſaepenumero ſententiam pluribus tribuit auctoribus, venia parata ſit homini ſubitaria opera in paucorum gratiam defungenti, forte et aliis negotiis et grauioribus diſtento.

Quidquid vero ſit, digni nobis videbantur hi libelli, qui traderentur adoleſcentulis graecarum literarum cupidis. Sint conſuti pannis variis, panni tamen iſti ſunt Plutarchici, et ex parte etiam Xenophontei Argumentum autem eorum profecto tale eſt, vt cum honeſta oblectatione multiplicem vtilitatem ſtudioſis afferre poſſit. Quid in omni antiquitate graeca illuſtrius diſciplina Lycurgi? Ea vero quam generoſos ſenſus excitauerit in animis Spartanorum, docent horum Apophthegmata, quae non magis hiſtoriae lucem accendunt, quam ſaluberrima vitae praecepta largiuntur. Hinc etiam factum arbitror, vt iam olim hi duo libelli cum ex aliis quibusdam ex hoc genere Plutarchicis, cum Apophthegmatis Regum et Lacaenarum, ſeparatim ederentur a viris doctis vel latine verſi, vel addito textu graeco. In iis primus fuit, quod equidem ſciam, Franciſcus Philelphus, cuius interpretatio, quam tamen nunquam mihi videre contigit, initio ſeculi decimi ſexti prodiit. Hunc ſecutus eſt Raphael Regius, qui nouam verſionem anno eiusdem ſeculi ſeptimo Patauii quaternis edidit. In epiſtola dedicatoria ad Ioannem Lubrancium, Epiſcopum Poſnanienſem, quo rogante hunc laborem maxime ſuſceperat, queritur Philelphi verſionem pluribus locis eſſe falſam et ineptam. Ipſe multa bene interpretatur, habetque in Apophthegmatis nonnulla, quae in noſtris libris non reperiuntur, locis tamen corruptis non multum lucis affundit. Sed hos duos multum ſuperauit Eraſmus in Collectione Apophthegmatum ex optimis vtriusque linguae auctoribus; in qua collectione Apophthegmata et Inſtituta Laconica principem locum ob-

tinent. Is non meram verſionem dedit, ſed ſingula fere inſtituta et apophthegmata vel adiectis ſcholiis illuſtrat, vel puncto ſuo comprobat. Paſſim meliores lectiones ſequitur, quas vtrum ei ingenium ſuppeditauerit, an librorum copia, cum ipſe taceat, non auſim equidem dicere. Porro Henricus Stephanus quatuor illa opuſcula graece et latine ſeparatim edidit anno ſeculi decimi ſexti ſexageſimo octauo duodenis, qua editione aegre carui. Tandem eadem illa opuſcula Londini prodierunt anno huius ſeculi quadrageſimo primo cura, vt audio, Metarii. Textus graecus ſumtus eſt ex editione Pariſienſi a. 1642. latina verſio eſt Xylandri in Apophthegmatis Regum et Laconum, Henrici autem Stephani in Inſtitutis et Apophthegmatis Lacaenarum; mutata vtraque ſubinde e Raphaëlis Regii interpretatione. Ad calcem adiectae ſunt variae lectiones et coniecturae, ſed paucae, nec illae magni momenti. Non multum commendationis habet haec editio niſi a chartarum typorumque ſplendore et elegantia.

Horum igitur nos virorum auctoritatem ſecuti nouam adornauimus, ſed duorum tantum libellorum, editionem. Primum autem ordinem, quem illi adhuc in Scriptorum Plutarchicorum corpore tenebant, inuertimus, prioremque locum aſſignauimus Inſtitutis Laconicis, quae rectius putabamus cognoſci ante Apophthegmata, quorum maior pars ne intelligi quidem ſatis poteſt, ſine illorum ſcientia. Deinde Apophthegmata non omnia dedimus, ſed excerpta tantum; cauendum enim erat, ne moles libri nimis augeretur. Plurima reliquimus Ageſilao, Lyſandro et Lycurgo, eandem ob cauſſam, ob quam credibile eſſe ſuperius dixi facta quoque eorum ab Auctore permixta eſſe. Vt autem textus quam emendatiſſimus prodiret, primum editiones nonnullas cum Reiskiano exemplo contuli. Eae erant Frobeniana, Stephaniana vniuerſorum Plutarchi operum, Wechelina, Londinenſis; quas tamen omnes in grauioribus mendis amiciſſime conſpirare reperi. His adiunxi verſiones antiquas, Eraſmianam in primis, de cuius bonis modo dixi. Paullo plus adiumenti nobis attulerunt lectiones, quas Wechelina editio ad calcem habet;

excerptae illae e Manuſcriptis Turnebiano, Petauiano, Bongarſiano, Aldino et Baſileenſi. In iis erant nonnullae, quas in contextum adeo recipere auſus ſum. Sed longe plurimum nobis profuerunt Vitae Plutarchi Parallelae, vnde hi libelli paene toti vel excerpti ſunt, vel ad verbum deſcripti. Harum igitur beneficio me complures lacunas expleſſe multa menda ſuſtuliſſe, nec pauca loca illuſtraſſe confido. Denique in conſilium adhibui etiam recentiores quosdam rerum Laconicarum ſcriptores, Nicolaum Cragium in primis de Republica Lacedaemoniorum et Ioannis Meurſii Miſcellanea Laconica.

His igitur praeſidiis inſtructus cum nihil relinquere cuperem, in quo haerere poſſent lectores graecarum literarum rerumque Laconicarum cupidi quidem, ſed non ſatis periti, maiorem in molem ſub manu exereuerunt animaduerſiones noſtrae, quam ipſe ab initio crediſſem. In indice verborum neque omnes voces ponendas, neque integras formulas vertendas putauimus, ſed minus nota tantum breuiter expoſuimus. Praeterea addidimus ſtemma Heraclidarum, non modo quia in Lyſandro duarum, Proclis et Euryſthenis, familiarum mentio fit, verum etiam propterea, quod multorum ex vtraque gente regum Apophthegmata in hoc libello commemorantur. Ad finem denique explicationem formarum Doricarum adiicere placuit. Hoc igitur habui quae de opera noſtra his libellis impenſa praefarer; quam ſi ſenſerimus non omnino improbatam eſſe viris doctis et aequis, qui fouere potius iuuenilia ingenia ſolent, quam deterrere importuna ſeueritate; in primisque Erneſtio et Moro, quos inſtitutione nobis praeceptores, beneficiis parentes extitiſſe grati profitemur, ſummo enitemur ſtudio, vt, vbi aetas et vſus et improbus labor maiorem de bonis literis promerendi facultatem attulerint, meliora dare poſſimus.

# PLVTARCHI
# INSTITVTA LACONICA.

*Λυκοῦργον, τὸν θέντα τοῖς Σπαρτιάταις τὰς νόμες, οἷς πειθόμενοι ηὐδαιμόνησαν, τοῦτον καὶ θαυμάζω, καὶ εἰς τὰ ἔσχατα μάλα σοφὸν ἡγοῦμαι. Ἐκεῖνος γὰρ οὐ μιμησάμενος τὰς ἄλλας πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἐναντία γνοὺς ταῖς πλείσταις, προέχουσαν εὐδαιμονίᾳ τὴν πατρίδα ἐπέδειξεν.*

*Xenoph.* **Rep. Lac.**

# ΤΑ ΠΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΤΑ.

Τῶν δὲ (Λακεδαιμονίων) εἰσιόντων [1] εἰς τὰ συσσίτια ἑκάστῳ δεικνύων ὁ πρεσβύτατος τὰς θύρας· Διὰ τούτων, φησὶν, οὐδεὶς ἐξέρχεται λόγος. Δοκιμαζομένου μάλιστα παρ' αὐτοῖς τοῦ μέλανος λεγομένου ζωμοῦ, ὥστε μὴ κρεαδίων δεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, παραχωρεῖν δὲ τοῖς νεανίσκοις [2], λέγεται Διονύσιος [3] ὁ τῆς Σικελίας τύραννος τούτου χάριν Λακωνικὸν μάγειρον πρίασθαι καὶ προστάξαι σκευάσαι αὐτῷ μηδενὸς φειδόμενον ἀναλώματος· ἔπειτα γευσάμενον καὶ δυσχεράναντα ἀποπτύσαι· καὶ τὸν μάγειρον εἰπεῖν· Ὦ βασιλεῦ, τοῦτον δεῖ τὸν ζωμὸν γυμνασάμενον Λακωνικῶς, τῷ Εὐρώτᾳ [4] λελουμένον ἐπο-

1) De abrupto libelli exordio ſententiam dixi in praefat. Poſt τῶν δὲ inſerendum putaui, vncis tamen incluſum, nomen Λακεδαιμονίων. Mſ. Ald. delet δὲ et συσσίτια exhibet. Συσσίτια vero iam ſunt *loca conuiuii, coenacula publica*, in quibus Spartani, quini deni, phiditia illa, quorum rationem et apparatum in Ind. expoſui, celebrabant. *Pollux* lib. VI. cap. 1. pr. Τὸ μὲν συμποτικὸν χωρίον, συμπόσιον, καὶ ἀνδρῶνα, καὶ συσσίτιον.

2) Sic dedi e Mſ. Turn. et *Plutarch.* Lycurg. XII. praeeunte *Xyland.* et monente *H. Stephano.* Vulg. τοὺς νεανίσκους, quod aduerſatur legibus linguae, quae poſtulant παραχωρεῖν τινί τινος. Nimirum praecedens Accuſat. τοὺς πρεσβυτέρους facile hoc mendum gignere potuit.

3) De Dionyſio, Syracuſanorum tyranno, conſentit cum Noſtro *Stobaeus* Serm. XXIX. Sed *Plutarch.* d. l. vnde, paucis immutatis, haec transſcripta ſunt, auctor eſt fuiſſe τινὰ τῶν Ποντικῶν βασιλέων quem diſſenſum ita componere ad illum loc. conabatur *Xyland.* vt vocem Ποντικῶν corruptam diceret, praeſertim cum *Cicero* etiam Tuſc. V. 34. id referat factum a Dionyſio. Non repugno: potius tamen eo inclinat animus, vt credam plures reges exteros celebratiſſimi iſtius iuris cupidos fuiſſe deguſtandi. Noſtrum autem, qui veriora quam *Plutarchus* tradere vellet, diuerſa miſcuiſſe. *Cicero* certe, a *Plutarcho* multum varians, rem plane aliam narraſſe videtur.

4) *H. Stephan.* ex alio *Plutarchi* loco (ſine dubio Lycurg. XII. vbi, verbis γυμνασ. Λακ. omiſſis, ἐν τῷ Εὐρ. legitur) reponendum cenſebat ἔν τε τῷ Εὐρ. Mſſ. Turn. Pet. Καὶ τῷ Εὐρώτᾳ, vnde meliore forſan iure ſcribi poſſit, καὶ ἐν τῷ Εὐρώτᾳ. Quid ſit γυμνάσασθαι Λακωνικῶς, e *Cic.* d. l. intelligitur, vbi inter alia condimenta *labor in venatu* et *curſus ab Eurota* a coquo commendantur. *Lotione* autem *in Eurota*

φάσθαι. Πίνοντες οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς συσσιτίοις μετρίως, ἀπίασι δίχα λαμπάδος· οὐ γὰρ ἔξεστι πρὸς φῶς βαδίζειν οὔτε ταύτην, οὔτ' ἄλλην ὁδὸν, ὅπως ἐθίζωνται σκότους καὶ νυκτὸς εὐθαρσῶς καὶ ἀδεῶς ὁδεύειν. Γράμματα ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον· τῶν δ' ἄλλων παιδευμάτων ξενηλασίαν ἐποιοῦντο [5], οὐ μᾶλλον ἀνθρώπων ἢ λόγων· ἡ δὲ παιδεία ἦν αὐτοῖς πρὸς τὸ ἄρχεσθαι καλῶς, καὶ καρτερεῖν πονοῦντα, καὶ μαχόμενον νικᾶν, ἢ ἀποθνήσκειν. Διετέλουν δὲ καὶ ἄνευ χιτῶνος [6], ἓν ἱμάτιον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες [7], αὐχμηροὶ τὰ σώματα, καὶ [8] λουτρῶν καὶ ἀλειμμάτων κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπεχόμενοι. Ἐκάθευδον δὲ οἱ νέοι ὁμοῦ κατ' ἴλην καὶ κατὰ ἀγέλην ἐπὶ στιβάδων, ἃς αὐτοὶ συνεφόρουν, τοῦ παρὰ τῷ Εὐρώτᾳ [9] πεφυκότος καλάμου τὰ ἄκρα ταῖς χερσὶν ἄνευ σιδήρου κατακλάσαντες· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τοὺς λεγομένους λυκοφόνας [10] ὑπεβάλλοντο καὶ ἐπεμί-

in primis delectabantur Lacedaemonii, a crebriore balneorum vſu abſtinere iuſſi. *Schol. Thucyd.* ad II. 40.

5) Haeſiſſe hic Interpretes, ſatis eorum verſiones declarant, quae nomen λόγων vel omittunt, vel *libros* reddunt, aut etiam aliter. Sane verba οὐ μᾶλλον ἀνθρ. ἢ λόγων aliquid moleſtiae trahunt ad redundantia, et videri poſſunt ex margine in textum irrepſiſſe. Forte tamen tueri locum ſuum poterunt, ſi interpungas ante ξενηλασίαν, vt Genitiui τῶν δ' ἄλλων παιδευμ. abſolute poſiti accipiantur, quemadmodum in verſione *Steph.* factum video, ſuppreſſo περί. *Quod autem ad reliquam eruditionem attinet, doctores* (ſ. vniuerſe *homines peregrinos*, cf. ſ. 9.) *non magis quam diſciplinas ex vrbe ſua exulare iuſſerunt.* Οὐ μᾶλλον ἀνθρ. addidit propter ξενηλασίαν, quod proprie de *hominibus* dicitur. De re ipſa, quae hic attingitur, vide quae copioſe diſputat *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIII. 50.

6) *Superaria tunica* (ἐπενδύτῃ), quam ſimpliciter χιτῶνα appellauit conſuetudo veterum, carebant, vno contenti ὑπενδύτῃ ſ. *interula.* vid. S. V. *Erneſti* ad *Xenoph.* Memm. I. 6. 2. Tales vno verbo dicuntur ἀχίτωνες.

7) Hieme et aeſtate vno eodemque pallio vtebantur. In Memm. d. l. Antiphon, Socrati ſimiliam vitae ſeueritatem exprobrans, ponit et hoc, ἱμάτιον ἠμφίεσαι τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος.

8) Καὶ ante λουτρῶν habet vim explicandi, *quippe*, vt ap. *Theophr.* Charr. prooem. Καὶ βεβιωκὼς, *quippe qui vixerim*, vbi vid. Cel. *Fiſcheri* not. et ind.

9) Mſ. Pet. παρὰ τοῦ Εὐρώτα. Vit. Lyc. XVI. παρὰ τὸν Εὐρώταν. Datiuus h. l. recte ſe habet, maxime propter librorum auctoritatem, nam ex ſolemni caſuum permutatione etiam reliqui duo caſus ferri poſſent.

10) Vocab. rarum et obſcurum; neque adeo mirandum eſt, ſi ſcriptura eius variet. Namque hic Mſ. Turn. λυκοφῶνες. In Vit. Lyc.

χρῶνται τοῖς λυκοφόνοις θερμαντικὸν ἔχει τι τῆς ὕλης ἐμ-
3 φάσεως. Ἐρᾶν τῶν τὴν ψυχὴν σπουδαίων[11] παίδων ἐφεῖ-
το· τὸ δὲ πλησιάζειν, αἰσχρὸν νενόμιστο, ὡς τοῦ σώματος
2 ἐρῶντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς· ὁ δὲ ἐγκληθεὶς ὡς ἐπ'
αἰσχύνῃ πλησιάζων, ἄτιμος διὰ βίου ἦν. Ἔθος ἦν καὶ
τοὺς νεωτέρους ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἐρωτᾶσθαι, ποῦ πο-
ρεύονται καὶ ἐπὶ τί, καὶ τὸν μὴ ἀποκρινόμενον, ἢ προ-
φάσεις πλέκοντα, ἐπιπλήττειν· ὁ δὲ μὴ ἐπιπλήττων
παρατυχὼν ἁμαρτάνοντι, ἔνοχος ἦν τῷ ἴσῳ ἐπιτιμίῳ
ὥσπερ καὶ ὁ ἁμαρτών. Καὶ ὁ δυσχεραίνων δέ, εἰ ἐπι-
τιμῷτο, ἐν μεγάλῳ ὀνείδει ἦν. Εἴ τις φωραθείη ἁμαρ-
τάνων, ἔδει αὐτὸν βωμόν τινα τῶν ἐν τῇ πόλει κύκλῳ
περιιέναι ψόγον ᾄδοντα πεποιημένον εἰς ἑαυτόν, ὅπερ
4 ἦν οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐπιπλήττειν αὐτὸν ἑαυτῷ. Καὶ τοὺς
νέους δὲ οὐ μόνον τοὺς ἰδίους αἰδεῖσθαι πατέρας, καὶ ὑπη-
κόους εἶναι, ἀλλὰ πάντας τοὺς πρεσβυτέρους ἐντρέ-
πεσθαι, καὶ ὁδῶν ὑποχωροῦντας καὶ καθέδρας[12] ὑπεξι-

vulgatum λυκόφονας. Ibi Anonym. λυκοφόνας Vulcob. λυκόφονας. Cum ceterae formae nuſpiam reperiantur, amplectemur λυκοφόνος, cuius Accuſat. Singul. Gloſſar. Heſych. habet, cum adnotatione hac, ita vocari Meſſeniorum (Spartanis vicinorum) lingua τὸν ἐχινόποδα. Echinopodem autem in herbarum generibus numerat *Plinius* H. N. XI. 8.

11) *Cragius* Rep. Lac. lib. III. tab. 7. inſt. II. laudat ἐρᾶν τὴν ψυχὴν σπουδ. Nec aliter legerunt, verba ſaltem ita ordinarunt, *Raph. Regius* et *Eraſmus*, id quod verſiones eorum docent. Minus recte. Verbum enim ἐρᾶν ſecundum caſum flagitat, et οἱ τὴν ψυχὴν σπουδ. παῖδες recte dicuntur *pueri praeclara indole praediti*, quos *Aelian.* V. H. III. 10. vbi de hac eadem re ſermo, καλῶς πεφυκότας vocat. Nam *quicunque in aliqua re excellit, bonus eſt*, non minus recte σπουδαῖός τι dicitur, quam ἐχυρός τι, licet de ſyntaxi dubitet S. V. *Erneſti* ad *Xenoph.* Memm. IV. 2. 2. *Iſocrat.* paraen. pag. 2. Wolf. min. τὸ σῶμα τρέφειν ἤδη σπουδαῖον. *Aelian.* XIV. 23. ἄνδρα σπουδαῖος τὴν τέχνην, *Plutarch.* Educ. Liberr. cap. 6. παιδία σπουδαῖα τὰς τρόπους. vid. *Heuſinger.* ad cap. 8. Mox pro ἐρῶντας MS. Turn. Pet. ἐρῶντες. — De paederaſtia Spartanorum honeſta conf. praeter alios *Xenoph.* Rep. Lac. II. 13. *Plut.* Lyc. XVIII. *Aelian.* V. H. III. 10. et 12. Lycurgus eam videtur ſuis commendaſſe propterea, vt familiari virorum conſuetudine puerorum animi ad virtutem formarentur.

12) Ita reſcripſi auctoritate *Mſſ.* Turn. Pet. Idem praeiuit *Cragius* lib. III. tab. 7. inſt. 3. In reliquis diuiſim ſcribitur καθ' ἕδρας, quod etiam *H. Stephan.* diſplicebat. Graeci enim verbis *aſſurgendi* et *cedendi* fere ſemper nudum Genitiuum rei addunt. *Xenoph.* Rep.

φαμένους, καὶ παριόντων ἡσυχάζοντας. διὸ καὶ ἦρχεν ἕκαστος, οὐχ ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι, τῶν αὑτοῦ [13] τέκνων καὶ δούλων καὶ κτημάτων, ἀλλ' ὥσπερ τῶν αὑτοῦ καὶ τῶν τοῦ πλησίον, ὅπως ὅτι μάλιστα κοινωνῶσι καὶ φροντίζωσιν ὡς ἰδίων. Παῖς δὲ ὑπό τινος κολασθεὶς, εἰ τῷ πατρὶ ἐξήγγειλεν, αἰσχρὸν ἦν τῷ πατρὶ μὴ προσεντεῖναι ἀκούσαντα πάλιν ἑτέρας. [14] Ἐπίστευον γὰρ ἑαυτοῖς ἐκ τῆς πατρίου ἀγωγῆς μηδὲν αἰσχρὸν προστάξαι τοῖς τέκνοις. Κλέπτουσι δὲ οἱ υἱοὶ καὶ τῶν σιτίων [15] ὅ, τι ἂν δύνωνται, μανθάνοντες εὐφυῶς ἐπιτίθεσθαι [16] τοῖς καθεύδουσιν, ἢ ῥᾳθύμως φυλάσσουσι. τῷ δὲ ἁλόντι ζημία πληγαὶ καὶ τὸ πεινῆν. γλίσχρον γὰρ αὐτοῖς ἐστι δεῖπνον, ὅπως δι' αὐτῶν [17] ἀμυνόμενοι τὴν ἔνδειαν ἀναγκάζωνται

Lac. XVI. 6. ὕβρις — ὑπανίστανται. Ariſtoph. Nubb. v. 989. τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι. Noſter Apophth. Lac. XVI. 5. τῶν βάθρων ἀναστάντες. XII. 7. ὕδρας οὐχ ὑπεῖξεν. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. ὑπεῖκειν θάκων. Hi Genitivi pendent ab omiſſa praepoſitione, non κατὰ, ſed ἀπὸ, quae additur ap. Xenoph. Hieron. VII. 2. ὑπανίστανται δ' ἀπὸ τῶν θάκων. Neque καθέδρα Noſtro in hac re inuſitatum eſt. Apophth. Lac. XVI. 5. καθέδρας ὑπόθεσι. — Praeterea iidem Mſſ. praeferunt ὑπεξανισταμένους, quod probo et ipſum, eſt enim Plutarcho familiare in primis. Vit. Lyc. XX. ἐστὶ ὑπεξαναστῆναι πρεσβυτέρῳ. Diſcrim. Am. et Adul. pag. 214. Vol. VI. Reisk. ὅπως ὑπεξανιστάμενοι τοῖς πλησίοις κολακεύωσιν. Apophth. Lac. pag. 813. οἱ ἔφοροι τοῖς βασιλεῦσιν οὐχ ὑπεξανίστανται. Et ſcimus compoſita ſaepe a librariis mutata eſſe in compoſita, ſicut haec in ſimplicia. — Ceterum ad hos Infinitivos ἀνίστασθαι etc. repetendum eſt ἀπὸ κοινοῦ, ἔθος ἦν, vt Stephan. iam monuit.

13) Ita Mſ. Pet. edd. Frob. Steph. Lond. αὐτοῦ habent Xenoph. Rep. Lac. VI. 1. et Cragius lib. III. tab. 7. inſt. ac in reliquis mſſ. τῶν αὐτῶν. Mox Mſſ. Turn. Pet. ἀλλ' ὅπως τῶν αὐτοῦ,

14) Nomen πληγάς, quod ſubintelligendum hic relictum eſt, expreſſum legitur apud Xenoph. Rep. Lac. VI. 2. αἰσχρὸν ἐστι μὴ οὐκ ἄλλας πληγὰς ἐμβάλλειν τῷ υἱεῖ. Satis tamen vſitata Graecis haec ellipſis eſt. Vide praeter Boſian. libellum, Weſſeln. ad Diod. XII. 47. vbi διαφέροντας πολλάς. Londin. editio monet ſubintelligendum eſſe κολάσεις, ſecutus et hic Raph. Regii auctoritatem, qui reddidit, niſi alias caſtigationes adderet.

15) Etiam apud Aegyptios ſub lege quadam furari licebat. Gellius N. A. XI. 18. Probabat Epicurus, Arrian. Diſſert. Epictet. III. 7.

16) Mſſ. Turn. Pet. ἐπιτίθεσθαι et μανθάνουσιν. Deprehenſos puniebant ὡς κακῶς κλέπτοντας. Xenoph. Rep. Lac. II, 9. Cf. Sextus Empir. Pyrrh. Hypoth. III. 24.

17) Sua ipſorum opera, nemine iis victum ſubminiſtrante. Apophth. Lac. II. 7. τὰ δίκαια δι' ἑαυτῶν ποιεῖν i. e. nemine monente, ſua ſponte. Similiter Latini per ſe dicunt, vide Cortius ad Salluſt. Iug. 96. 2. Mſ. Pet. δι' αὐτῶν, vt in Vita Lyc.

τολμᾶν καὶ πανουργεῖν. Τὸ δὲ ἔργον τῆς σιτοδείας [18] διά τε ταῦτα γλίσχρον ἦν, ἵν' ἐθίζωνται μηδέποτε γίνεσθαι πλήρεις, δύνασθαι δὲ πεινῆν. οὕτω γὰρ ᾤοντο καὶ ἐν πολέμῳ χρησιμωτέρους ἔσεσθαι, εἰ δύναιντο καὶ ἄσιτοι παντὲς ἐπιπονῆσαι· καὶ ἐγκρατεστέρους [19] δὲ καὶ εὐτελεστέρους, εἰ πλείω χρόνον διάγοιεν ἀπὸ μικρᾶς δαπάνης· τὴν δ' ἀνοψίαν ἀποφέρειν, [20] ὡς βρῶμα τὸ τυχὸν προσφέρεσθαι

18) Legat πανουργεῖν· ὅπερ ἔργον τῆς σιτοδείας? Τὸ δὲ σιτίον διά τε ταῦτα γλίσχρον ἦν, καὶ ἵν' ἐθίζ. *quem vſum praeſtat penuria cibo-rum. Et cum hac de cauſſa victus eorum tenuis erat, tum vt aſſue-ſcerent.* Nam καὶ ante ἵνα ſequ-unt Mſſ. Turn. Pet. et σιτίον fa-cile potuit abſorberi a proximo verbo σιτοδείας. Vt hic ἔργον σιτο-δείας, ſic VI. c. apud *Lucian.* En-com. Demoſth. init. ἔργον ὀλιγωρίας: nam quod quis, aut res aliqua, *efficere, praeſtare, ſolet,* id dicitur eius ἔργον eſſe.

19) Sic recte a Mſ. ſuo reſtituit *Xyland.* pro ἀκρατεστέρους, quod eſt contrarium h. l. ſententiae.

20) *Locus,* ſi quis alius, miſere affectus, in quo ſanando ſtuſtra auxilium exſpectes vel a priorum Editorum induſtria, vel a Mſſ. au-ctoritate. Hi enim nihil variant, niſi quod Turn. πιεζόμενα exhibet, illi autem, cum lenem medelam adhibere vellent, parum effeciſſe mihi quidem videntur. *Xyland.* enim et *H. Stephan.* ὡ mutabant in τῷ, vt τῷ προσφέρεσθαι dictum eſſet pro διὰ τὸ προσφ. *Steph.* praeterea verba καὶ αὔξειν collocabat ante εἰς βάθος. Verum ita non multum lu-crati ſumus. *Bryan.* porro ad Vit. Lyc. XVII. locum ſic reſtituere co-nabatur: τὴν δ' ἀνοψίαν ἀποφέρειν, καὶ βρῶμα τὸ τυχὸν προσφέρεσθαι, ᾤοντο ὑγιεινότερα τὰ σώματα ἀπὸ τῆς ἐλλειπούσης παιδοτροφίας, τῷ μὴ αὔξειν εἰς βάθος καὶ πλάτος πιεζόμενον, (ἀλλ') ἐπαίρειν εἰς ὕψος τὰ σώματα. Mihi vero perſuaſum eſt non modo ver-ba quaedam hic deprauata eſſe, locoque ſuo mota, ſed plura etiam interciđiſſe, reſtituenda e *Xenoph.* Rep. Lac. II. 5. et *Plut.* Vit. Lyc. XVII. quos in omni h. l. ita ſecu-tus eſt Noſter, vt ab altero ſen-tentias, ab altero verba mutuare-tur, eaque ſuo modo componeret. Diligenter igitur perpenſa orationis ſerie, locisque illis non ſemel inter ſe collatis, verba noſtra in hunc modum emendo: τὴν δ' ἀνοψίαν ἀποφέρειν, ΚΑΙ βρῶμα τὸ τυχὸν προσ-φέρεσθαι. ΤΟΥΤΟ δ' ᾤοντο ὑγιει-νότερα τὰ σώματα ποιεῖν καὶ αὔξειν ΕΙΣ ΜΗΚΟΣ. ΤΟ ΓΑΡ ΠΝΕΥΜΑ ΥΠΟ ΠΛΗΘΟΥΣ ΤΡΟΦΗΣ εἰς βάθος καὶ πλάτος μὴ πιεζόμενον ἐπαίρειν κ. τ. λ. *Et vt conſueſcerent abſque obſonio degere et obuium quemque cibum appetere. Id vero putabant et ſa-lubria reddere corpora et procera. Spiritum enim* (intelligo ſpiritus il-los, qui hauriuntur ſingulis mo-mentis pulmonum opera et inde per totum corpus ad varia munera ſubeunda diffunduntur) *ſi multitu-dine ciborum non deprimatur in la-tum et profundum, eueheree,* etc. Iam primum verba τὴν δ' ἀνοψ. — προσφέρεσθαι pendent a ſuperiori-bus ἵν' ἐθίζωνται. Sic optime pro-currit oratio. Memorantur nempe cauſſae tres, our ſuis praeſcripſerit Lycurgus victum tenuem 1) vt co-gerentur *audere,* ſi victus aliunde comparandus eſſet; 2) vt conſueſce-rent *inediam perferre,* cuius virtu-tis duplex vſus α) in *bello* conf. *Inſtit.* III. 2. 10. β) in *omni reli-qua vita.* 3) vt conſueſcerent *abs-que obſonio degere.* huius quoque rei vtilitas declaratur; ita enim putabant corpora reddi α) *ſalubria,* β) *procera,* γ) *formoſa.* Porro

φοντο ὑγιεινότερα τὰ σώματα καὶ αὔξειν ἀπὸ τῆς ἐλλειπούσης ποιεῖν τροφῆς εἰς βάθος καὶ πλάτος, μὴ πιεζόμενον ἐπαίρειν εἰς ὕψος τὰ σώματα, καὶ καλὰ δὲ ποιεῖν· τὰς γὰρ ἰσχνὰς καὶ διακένους ἕξεις ὑπακούειν πρὸς τὴν διάρθρωσιν, τὰς δὲ πολυτρόφους [21] διὰ βάρος ἀντιβαίνειν. Ἐσπούδαζον δὲ καὶ περὶ τὰ μέλη καὶ τὰς ᾠδὰς οὐδὲν 6
ἧττον. [22] Κέντρον δ' εἶχε ταῦτα ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ φρονήματος, καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους καὶ πρακτικῆς. Καὶ ἡ λέξις ἦν ἀφελὴς καὶ ἄθρυπτος· οὐδὲν δ' ἕτερον εἶχεν, ἢ ἐπαίνους τῶν γεννικῶς [23] ζησάντων, καὶ ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀποθανόντων καὶ εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγους τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν καὶ κακοδαίμονα βιούντων βίον· ἐπαγγελία τε καὶ μεγαλαυχία πρὸς ἀρε-

*ὑποφέρειν* dedi pro *ἀποφέρειν*, quia hoc nunc quidem ſenſum non admittit commodum, ſed *ὑποφέρειν τὴν ἀνοψίαν* eſt illud ipſum, quod *Xenoph.* dixit, *ἧττον ὕψει δεῖσθαι.* Et vidi etiam *Turneb.* in margine exempli ſui ita conieciſſe. Mox cum *Bryano* malui *καὶ* quam cum eodem *Turn.* *τὸ.* *Τοῦτο δ'*, aut ſimile quid, manifeſte poſtulat totius loci ratio. Verba *ἀπὸ πλήθους (τῆς) τροφῆς*, quae extant in Vit. Lyc. facile corrumpi potuerunt, propter ſoni ſcripturaeque ſimilitudinem, in *ἀπὸ ἐλλειπούσης τροφῆς.* Reliqua ſuggeſſit mihi eadem Vita, vnde plura etiam poſſent inſeri, *ὡς μῆκος* habet etiam *Xenoph.*

21) Hoc reſtituerunt *Xyland.* et *H. Steph.* e Vita Lyc. Confirmatur Mſſ. Turn. Bong. Pet. Vulgo *πολυτρόπους.* Ceterum de cura Lacedaemoniorum circa colorem et dignitatem corporis vid. *Athenaeus* XV. 12. et, qui ſua inde hauſit, *Aelian.* V. H. XIV. 7. Nihil magis auerſabantur quam *πολυσαρκίαν*, inertiae ſignum.

22) *Plut.* Vit. Lyc. XXI. addit comparationem hanc, *τῆς ἐν λόγοις εὐζηλίας καὶ καθαριότητος*, de qua cap. ſuper. expoſuerat. Hanc comparationem Noſter omiſit, verba tamen comparatiua, *οὐδὲν ἧττον*, ſeruauit, quae nunc non ſatis commode ad proxime antecedentia referri poſſunt. Ceterum Lacedaemonii etſi vehementer delectabantur carminibus atque muſica, ſimplici ſcilicet et antiqua, habebantque ſenſum pulchri in eo genere rectum, ipſi tamen, praeter tibiam, nihil earum rerum attingebant, ſed aliunde arceſſebant viros peritos, ex quibus nonnullos nominat *Aelian.* V. H. XII. 50. *Ariſtot.* Polit. VIII. 5. *οἱ Λάκωνες οὐ μανθάνοντες, ὅμως δύνανται κρίνειν ὀρθῶς, ὥς φασι, τὰ χρηστὰ τῶν μελῶν.*

23) *Xyland.* ſuadet *γενναίως.* Temere. *Heſych.* *γεννικῶς — γενναίως.* Vide *Hemſterhuſ.* ad *Lucian.* Somn. pag. 9. Tom. I. Mox *Τρέσαντες* apud Lacedaemonios erat verbum proprium de fugitiuis et ignauis militibus. *Plut.* Ageſ. 30. *τοὺς ἐν τῇ μάχῃ καταδειλιάσαντας, οὓς αὐτοὶ Τρέσαντας ὀνομάζουσιν.* *Suid.* *Τρέσας· φυγών, φοβηθείς, δειλιάσας.*

τὴν [24] πρέπουσαν ταῖς ἡλικίαις. Τριῶν οὖν χορῶν ὄντων κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας, καὶ συνισταμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὁ μὲν τῶν γερόντων, ἀρχόμενος ᾖδεν. [25]

Ἄμμες ποκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι·

εἶτα ὁ τῶν ἀκμαζόντων ἀνδρῶν ἀμειβόμενος·

Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο·

ὁ δὲ τρίτος ὁ τῶν παίδων·

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες.

7 Καὶ οἱ ἐμβατήριοι [26] δὲ ῥυθμοὶ παρορμητικοὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ θαῤῥαλεότητα καὶ ὑπερφρόνησιν θανάτου, οἷς ἐχρῶντο ἔν τε χοροῖς καὶ πρὸς αὐλὸν [27] ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις.

24) b. *Reiskius* ad Vit. Lyc. XXI. duplicíter h. l. tentabat, vel vt tranſpoſitis verbis legeretur, *ἐπαγγελία τε πρὸς ἀρετὴν* (*adhortatio ad virtutem*) *καὶ μεγαλαυχία πρέπ.* vel auctius ſic, *ἐπαγγελία καὶ μεγαλαυχία πρὸς ἀρετὴν προτρέπουσα, πρεπόντως ταῖς ἡλικ.* Prior ratio placuit iam olim *Xyland.* in verſione; neutra tamen opus eſt. Verum enſum vidit *Stephan.* qui ſic reddidit: *poſtea vero quales futuri eſſent profitebantur, et de virtutis ſtudio — gloriabantur.* Πρὸς cum Accuſat. ſaepe ponit pro *de*, docet *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII. 64. Atque hanc fuiſſe mentem auctoris, intelligitur e ſubiectis exemplis, quibus viri et ſenes glorientur de fortitudine ſua, iuuenes autem quales olim futuri ſint profiteantur. Sed pro Nominatiuis debebant Accuſatiui eſſe. Cantilenae illae οὐδὲν ἕτερον εἶχον ἢ ἐπαίνους — καὶ ψόγους — ἐπαγγελίαν τε — vid. praefat.

25) Hi verſus laudantur etiam, ſed cum aliqua varietate, Vit. Lyc. XXI. de Sui Laude. p. 544. Wech. ab *Apoſtolio* Cent. II. Prouerb. VI. *Diogenian.* Cent. II. Prouerb. XXX. Primus verſus (qui prouerbio originem dedit, de quo *Gataker.* Aduerſarr. pag. 116.) reperitur etiam apud *Zenob.* Cent. I. Prouerb. LXXXII. Horum auctoritatem quidam in his noſtris contextis immutauimus. Pro ἄμες ter dedimus ἄμμες, quod ceteri pene omnes praeferunt. Vide *Porti* Lexic. Doric. h. v. Ποκ' reperitur quidem non niſi in Vit. Lyc. ſed cum πόκα magis Doricum ſit quam ποτὲ, id quoque cum *Meurſio* recepi. Nam quod in *Xenophonte* paſſim factum queritur *Valckenar.* V. C. in Diatrib. ad *Eurip.* Reliqu. pag. 292. vt Dorica a ſciolis temere mutarentur in communia, id in his quoque opuſculis non ſemel accidit. Eandem ob cauſſam malui εἰμὲν quam ἐσμὲν, praeſertim cum plures in illo conſentiant. Forte tamen alicui magis arrideat εἰμὲς, quod dat Anonym. in Vit. Lyc. vt verſu I. ἦμες. Amant enim Dores ς pro ν in fine perſon. I. plural. act. Scribi etiam poſſit εἶμεν. *Heſych.* εἶμεν — ἐσμὲν, vide *Dorvill.* Vann. Crit. pag. 27. Pro αὐγάσδεο Vit. Lyc. et *Apoſtol.* πεῖραν λάβε, quae eſt egregia interpretatio, ſed falſa lectio. Etiam *Gregorius* de Dialect. pag. 114. ed. Koen. vbi hoc hemiſtichium laudat, habet αὐγάσδεο.

26) Sic correxit *Xyland.* vulg. ἐμβάτεροι. Cf. Ind. Mox Mſ. Pet. ἀνδρίαν e ſolemni varietate.

27) *Tibia canere* omnes Lacedaemonii diſcebant. *Athenaeus* lib. IV. cap. vlt. Sed mirifice locum noſtrum illuſtrant verba *Gallii* N.

Ὁ γὰρ Λυκοῦργος παρέζευξε τῇ κατὰ πόλεμον ἀσκήσει
τὴν φιλομουσίαν, ὅπως τὸ ἄγαν πολεμικὸν τῷ ἐμμελεῖ
κερασθὲν, συμφωνίαν καὶ ἁρμονίαν ἔχῃ· διὸ καὶ ἐν ταῖς
μάχαις προεθύετο ταῖς μούσαις ὁ βασιλεὺς, ἵνα λόγου
ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις οἱ μαχόμενοι καὶ μνήμης
εὐκλεοῦς. Εἰ δέ τις παραβαίνοι τι τῆς ἀρχαίας μουσικῆς, 8
οὐκ ἐπέτρεπον·[28] ἀλλὰ καὶ τὸν Τέρπανδρον[29] ἀρχαϊκώτε-
ρον ὄντα καὶ ἄριστον τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν κιθαρῳδῶν, καὶ τῶν
ἡρωϊκῶν πράξεων ἐπαινέτην, ὅμως οἱ ἔφοροι ἐζημίωσαν,
καὶ τὴν κιθάραν αὐτοῦ προσεπαττάλευσαν φέροντες·[30]
ὅτι μίαν μόνην χορδὴν ἐνέτεινε περισσοτέραν, τοῦ ποικίλου
τῆς φωνῆς χάριν· μόνα γὰρ τὰ ἁπλούστερα τῶν μελῶν ἐδο-
κίμαζον. Τιμοθέου[31] δὲ ἀγωνιζομένου τὰ Κάρνεια, εἷς
τῶν ἐφόρων μάχαιραν λαβὼν ἠρώτησεν αὐτὸν, ἐκ ποτέρου
τῶν μερῶν ἀποτέμοι τὰς πλείους τῶν ἑπτὰ χορδῶν. Τῶν 9
δὲ τάφων ἀνεῖλε τὴν δεισιδαιμονίαν ἅπασαν ὁ Λυκοῦρ-
γος, ἐν τῇ πόλει θάπτειν[32] τοὺς νεκροὺς καὶ πλησίον

A. I. 11. *Thucydides Lacedaemonios, ſummos bellatores, non cornuum tubarumue ſignis, ſed tibiarum modulis in proeliis vſos eſſe refert: non — vt excitarentur atque exulbrarentur animi, quod cornua et litui moliuntur: ſed contra, vt moderatiores modulatioresque fierent, quod tibicinis numeris comparatur. Nihil adeo in congrediendis hoſtibus atque in principiis proeliorum ad ſalutem virtutemque aptius rati; quam ſi permulſi ſonis mitioribus non immodice ferocirent.* Adde reliqua et cf. *Polyb.* IV. 20. *Plut.* Ira Coh. p. 799. Tom. VII. Reisk.

28) Apud *Athenaeum* XIV. cap. 9. gloriantur Lacedaemonii, ſe ter vindicaſſe muſicam a corruptelis, φασὶ τρὶς ἤδη σεσωκέναι διαφθειρομένην αὐτήν.

29) *Terpander*, patria Lesbius, ad ſeditionem componendam iuſſu Dei Spartam arceſſitus eſt. Aetate proximus fuit Lycurgo, cuius leges verſibus deſcripſiſſe traditur. Citharam fecit ἑπτάχορδον, nomis muſicis nomina impoſuit, primusque vicit Carniorum certamine. Plura de eius in artem muſicam meritis habent *Plut.* de Muſica per totum libell. et *Dorvill.* Vann. Crit. pag. 649. et 654.

30) Non abundat hoc particip. ſed *impetum* declarat quo citharam paxillo affixerint, v. *Hemſterhuſ.* ad *Lucian.* Tom. I. pag. 349. et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VIII. 14. Mox pro μίαν μόνην Mſ. Pet. ordine inuerſo μόνην μίαν. Ed. Frob. ποικίλλου.

31) *Timotheus*, tempore multo inferior Terpandro, nouitatis fuit ſtudioſus. *Plut.* de Muſica, τὰ Κάρνεια erant dies feſti in honorem Apollinis Καρνείου, quibus certamina muſica inſtituebantur. Vide quos laudat *Spanhem.* ad *Callim.* h. Apoll. v. 72.

32) Sacra enim publica violari credebantur, cadaueribus in vrbe ſepultis, monumentisque iuxta

ἔχειν τὰ μνημεῖα τῶν ἱερῶν συγχωρήσας. Περιεῖλε δὲ καὶ τὰς μιασμὰς, συνθάπτειν δὲ ὐδὲν [33] ἐπέτρεψεν, ἀλλ᾽ ἐν Φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαίας θέντας τὸ σῶμα, περιστέλλειν κατ᾽ ἴσον [34] ἅπαντας. Ἀνεῖλε δὲ καὶ τὰς ἐπιγραφὰς τὰς ἐπὶ τῶν μνημείων, πλὴν τῶν ἐν πολέμῳ πεσόντων, καὶ τὰ πένθη [35] καὶ τὰς ὀδυρμὰς. Ἀποδημεῖν δὲ ὐκ ἐξῆν αὐτοῖς, ἵνα μὴ ξενικῶν ἐθῶν καὶ βίων ἀπαιδεύτων μετάσχωσι. Καὶ ξενηλασίας δὲ εἰσηγήσατο, [36] ὅπως οἱ παρεισρέοντες μὴ διδάσκαλοι κακῦ τινος τοῖς πολίταις ὑπάρχωσι. Τῶν πολιτῶν ὃς ἂν μὴ ὑπο-

templa exſtructis. Vnde apud omnes fere gentes antiquas mortui extra muros elati condebantur. *Kirchm.* de Funerib. Rom. II. 20. 21. Sed et homines *polluti* habebantur, qui aut mortuum attigerant, aut forte ad ſepulchrum acceſſerant. *Theophraſt.* Char. 16. Hanc ſuperſtitionem ſuſtulit Lycurgus, vt ciues ſui familiaritatem quandam cum morte contraherent, neque eam reformidarent. *Plutarch.* Vit. Lyc. XXVII. — Pro ἔχειν Mſ. Pet. ἔχει.

33) Aliter Galli priſci, qui, auctore *Iulio Caeſ.* B. G. VI. 17. *omnia, quae viuis cordi fuiſſe arbitrabantur, in ignem inferebant.* Eundem morem obtinuiſſe etiam apud Graecos docet *Feithius* Antiquit. Hom. I. 14. Itaque etiam h. l. συνθάπτειν eſt. *in pyram illatum vna comburere.* Nam θάπτειν vt lat. *ſepelire*, omnino eſt *mortuum e conſpectu remouere*, quocunque demum modo id fiat, ſiue terrae mandetur, ſiue comburatur, ſiue Hyrcanorum more canibus dilaniandus obiiciatur.

34) Verba κατ᾽ ἴσον rectius abſunt a Vita Lyc. XXVII. vt *Meurſius* iam monuit Miſcell. Lac. II. 19. Nam ſecundum *Aelian.* V. H. VI. 6. vtique diſcrimen erat in componendis mortuis. φύλλοις ἐλαίας non niſi fortium virorum cadauera ornabantur; *punicea* autem *veſtis* ne his quidem promiſcue concedebatur, ſed eorum propria erat qui perfectae fortitudinis ſpecimen ediderant. Περιστέλλειν autem, vt contra *Kirchman.* bene monuit *Cuperus* Obſerv. II. 8. omnem curam exprimit, quam pollinctores impendunt cadaueribus, dum membra collocant, vngunt; veſtes induunt etc.

35) *Luctum* non omnino ſubmouit, ſed, cedens humanitati, certo tantum modo et tempore circumſcripſit. *Plut.* Lycurg. χρόνον πένθους ὀλίγον προώρισεν, ἡμέρας ἕνδεκα. Paulo poſt Mſ. Turn. ἤθων, nec aliter Vit. Lyc. Differunt autem ἔθος et ἦθος ſic. *Phauorin.* ἦθος τὸ ἐν ψυχῇ χρονίσαν ἔθος. *Plut.* Educ. Liberr. IV. τὸ ἦθος ἔθος ἐστι πολυχρόνιον.

36) Cf. *Xenoph.* Rep. Lac. XIV. 4. *Eraſmus* adſcripſit haec. „Sic „influxu Graecarum nationum effe„minata eſt Roma: ſic barbarorum „commercio tandem et Sparta ex „ſanctiſſima facta eſt corruptiſſima: „ſic aliarum nationum admixta ef„feminata eſt Gallia, nonnihil „(hodie vero permultum) etiam „Germania.„ Haec praeuidit ſapientiſſimus legiſlator, cuius tamen prouida cura multorum odia et calumnias effugere non potuit, vid. *Meurſius* Miſcell. Lac. II. 9. Qui peregrinos non admittunt, Graecis dicuntur ἄμικτοι, ἀνεπίμικτοι, ἀπροσμικτοι, v. *Weſſeling.* ad *Herodot.* I. 65.

μείνῃ τὴν τῶν παίδων ἀγωγὴν, ȣ̓ μετεῖχε τῶν τῆς πόλεως δικαίων. Ἔνιοι δ' ἔφασαν, ὅτι καὶ τῶν ξένων ὃς ἂν ὑπομείνῃ ταύτην τὴν ἄσκησιν τῆς πολιτείας, κατὰ τὸ βȣ́λημα τȣ̃ Λυκȣ́ργȣ μετεῖχε τῆς ἀρχῆθεν διατεταγμένης μοίρας·[37] πωλεῖν δ' ȣ̓κ ἐξῆν. Τοῖς τῶν πλησίον[38] οἰκέταις ὡς ἰδίοις χρῆσθαι ἔθος ἦν, εἴπȣ δέοιντο, καὶ κυσὶ καὶ ἵπποις, εἰ μὴ οἱ δεσπόται χρήζοιεν. Καὶ ἐν ἀγρῷ δὲ εἴ τις τινὸς ἐλλιπὴς γενόμενος δεηθείη, ἀνοίξας καὶ βαστάσας τὰ ἐπιτήδεια τȣ̃ ἔχοντος, τὰ ταμεῖα σημηνάμενος κατέλιπεν. Ἐν τοῖς πολέμοις φοινικίσιν[39] 12
ἐχρῶντο· ἅμα μὲν γὰρ ἡ χρόα ἐδόκει αὐτοῖς ἀνδρικὴ εἶναι, ἅμα δὲ τὸ αἱματῶδες τȣ̃ χρώματος πλείονα τοῖς ἀπείροις φόβον παρέχειν. καὶ τὸ μὴ εὐπερίφωρον[40] δὲ τοῖς πολεμίοις εἶναι, ἐάν τις αὐτῶν πληγῇ, ἀλλὰ διαλανθάνειν διὰ τὸ ὁμόχρȣν χρήσιμον. Ὅταν ϛρατηγήματι τȣ̀ς πολεμίȣς νικήσωσι, βȣ̃ν τῷ Ἄρει θύȣσιν· ὅταν δ' ἐκ τȣ̃ φανερȣ̃, ἀλεκτρυόνα· ἐθίζοντες τȣ̀ς ἡγȣμένȣς ȣ̓ μόνον

37) Μοῖραι ſunt *partes*, in quas ager Laconicus pro numero ciuium aequaliter diuiſus erat. Ad harum poſſeſſiones perueniebant peregrini vel connubio, vel amicorum teſtamentis. *Cragius* lib. III. tab. 2. inſt. 4. Pro διατεταγμένης MS. Pet. διατεταγμένης, quod non omnino ſpernendum, etſi ex gloſſa fluxiſſe videri poteſt. Nam διατεταγμένος nunc eſt *deſcriptus*.

38) MS. Pet. τῶν πλησίων, quod minus placet. Supra ſ. 4. ἐγγὺς τȣ̃ πλησίον. Saepe librarii in hac forma Aduerb. mutarunt in Adiectiuum.

39) *Valer. Max.* II. 6. *poeniceis in proelio tunicis vtebantur.* Cf. *Xenoph.* Rep. Lac. XI. 2. *Aelian.* V. H. VI. 6. Ne quis autem miretur, quod Lacedaemonii, alioquin frugaliſſimi, tamen purpureis veſtibus in bello vſi ſint, ſciendum eſt, ipſorum litora iis ſuppeditaſſe κόχλȣς ἐς βαφὴν πορφύρας. *Pauſan.* Lacon. pag. 264. Kuhn. Hinc *Laconicae purpurae* apud *Horat.* lib. II. od. 18. τὸ αἱματῶδες eſt *nigredo ſanguinea*, quam purpurae tribuit *Caſſiodor.* lib. I. Varr. epiſt. 2.

40) Vulg. εὐπερίφορον. Male. Nauis dicitur περίφορος quae *circumagitur et iactatur procellis.* Itaque recepi, quod *Stephan.* in margine, *Froben.* autem in ipſo contextu habet, εὐπερίφωρον, *quod animaduertitur facile*, vt εὔφωρον apud *Plut.* Diſcrim. Am. et Ad. p. 237. Nihil enim frequentius eſt in libris antiquis harum literarum confuſione, cui haud dubie debemus etiam τὸ ante μὴ, quod mutandum arbitror in τῷ ie. διὰ τὸ, vid. *Gataker.* ad *M. Anton.* III. 1. *Schol. Ariſtoph.* ad Pac. 560. de eadem re, ἵνα μὴ αἰσθάνωνται τȣ̃ αἵματος διὰ τὴν ὁμοιότητα, καὶ ἵνα τρωθέντες μὴ νοηθῶσι τοῖς πολεμίοις.

πολεμικοὺς, ἀλλὰ καὶ στρατηγικοὺς εἶναι. Ταῖς εὐχαῖς [41] προστιθέασι τὸ ἀδικεῖσθαι δύνασθαι. Εὐχὴ δ' αὐτῶν, Διδόναι τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, [42] καὶ πλέον οὐδέν. Ἀφροδίτην σέβουσι τὴν ἐνόπλιον· καὶ πάντας δὲ τοὺς θεοὺς θήλεις καὶ ἄῤῥενας λόγχας ἔχοντας ποιοῦνται, ὡς ἁπάντων τὴν πολεμικὴν ἀρετὴν ἐχόντων.

12 Ἐπιλέγουσι δὲ καὶ [43] παροιμιαζόμενοι, Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν τύχαν καλεῖν· ὡς δέον ἐπικαλεῖσθαι τοὺς θεοὺς μετὰ τοῦ ἐγχειρεῖν τι καὶ πράττειν, ἄλλως δὲ μή.

13 Τοῖς παισὶν ἐπεδείκνυον τοὺς εἵλωτας μεθύσαντες, εἰς ἀποτροπὴν πολυοινίας. Ἔθος ἦν αὐτοῖς μηδὲ κόπτειν τὰς αὐλείους θύρας, [44] ἀλλ' ἔξωθεν βοᾶν. Στλεγγίσιν οὐ σιδηραῖς, ἀλλὰ καλαμίναις ἐχρῶντο. Κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας οὐκ ἠκροῶντο, ὅπως μήτε ἐν σπουδῇ, μήτε ἐν παιδιᾷ [45] ἀκούωσι τῶν ἀντιλεγόντων τοῖς νόμοις. Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον, αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, [46] ὡς

41) Sic recte *Xyland.* et *H. Steph.* dederunt. Nam ταῖς ἄχαις, quod illi merito expulerunt, non eſt verbum graecum. Neque aliorum ταῖς ἀρχαῖς h. l. conuenit. Appoſite ad rem laudauit *Steph.* hos *Menandri* ſenarios: Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία, Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν. Itemque illud Paulinum, διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Quod autem vir doctiſſimus exiſtimat, ſingularem eſſe in his verbi ἀδικεῖσθαι notionem, in eo vehementer errat: eſt enim Medium adeoque natura ſua ſignificat, *ſich beleidigen laſſen*, *aequo animo iniurias pati.* Verum *Stephani* aetate vera vis verbi Medii Graec. nondum ſatis expoſita erat, vnde plures eius ex hoc genere errores notat *Kuſterus.*

42) Vehementer probatam eſſe hanc precandi formulam Ioui Ammoni, refert *Plato* Alcibiad. II. Ipſe de ea ſic iudicat: Ἐστὶ γὰρ τῷ ὄντι πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων.

43) *Cum opus aliquod aggrediuntur, prouerbii loco addere ſolent.* ἐπιλέγειν, *facto addere dictum*, quod miror non in mentem veniſſe interpretibus, qui nec ſequentia bene expreſſerunt. Nam ποτιφέροντα, eſt, *dum admoues*, μετὰ τοῦ ἐγχ. *eo ipſo tempore quo rem ſuſcipis.* Ante παροιμιαζ. induxi cum *Xyland.* artic. οἱ, quem reſpuebat linguae ratio. Mox Mſſ. Turn. Pet. τὰν χεῖρα ποτιφέροντας et in ſeqq. ἐγχειροῦντας

44) Mſ. Pet. omittit θύρας, non male. Saepe enim poſt αὔλειος hoc nomen reiicitur, vide *L. Bos* h. v. *Harpocrat.* Αὔλειος ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας. — Cauſſam inſtituti *Eraſm.* reddit hanc: *Adeo nihil clam geri volebant; ſed propalam omnia.*

45) Σπουδὴ et παιδιὰ opponuntur inter ſe, vt apud Latinos *ſeria* et *luſus*, vide *Fiſcher.* V. C. ad *Plat.* Phaed. pag. 174.

46) Ποιεῖν ſimpliciter dicuntur poetae cum *carmina ſcribunt*;

κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν·

'Ασπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν περὶ θάμνῳ
'Εντὸς ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
(Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγών, ἀλλ' [47]) ἀσπὶς ἐκείνη
'Ερρέτω· ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω.

Κόραις καὶ κόροις κοινὰ τὰ ἱερά. Σκιραφίδαν ἐζημίωσαν οἱ ἔφοροι, ὅτι ὑπὸ πολλῶν [48] ἠδικεῖτο. Σακκοφόρον [49] ἀνεῖλον, διότι παρυφὴν εἰς τὸν σάκκον ἐνέβαλε. Τὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου νεανίσκον ἐπετίμων, ὅτι τὴν εἰς Πυλαίαν [50]

quemadmodum λέγειν devoratoribus adhibetur, v. *Taylor.* et *Markl.* ad *Lyſiae* 'Επιτάφ. pag. 51. ſ. Reisk. Mox ſenſu poſtulante ſecure ſcripſi ἀποβαλεῖν e Mſ. Pet. edd. Frob. Steph. ceteri ἀπολαβεῖν. *Aelian.* V. H. X. 13. de hoc Archilocho, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. Nam τὰ ὅπλα, vt Lat. *arma*, κατ' ἐξοχὴν de *clypeo* paſſim dicuntur, vid. *Cuperus* Obſerv. I. 7. Vſitatius in hac re eſt verbum ῥίπτειν, vnde ῥίψασπις, *qui clypeum abiecit*, cui homini ſumma infamia, apud Lacedaemonios inprimis, adhaeſerat, v. *Scheffer.* ad *Aelian.* d. l.

47) Hos quatuor pedes, qui exciderant, reuocaui ex *Ariſtoph.* Pac. v. 1298. Pro genuinis eosdem habet *Muretus* Var. Lect. IX. 2. Aliter eos ſupplet *Sextus Empir.* Pyrrh. Hypoth. III. 24. Αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος, quorum ſenſum expreſſit in verſione *Stephan.* Prius diſtichon laudatur a *Strabone*, lib. X. pag. 704. Almel. et XII. pag. 827. Reliquae varietates ſunt hae. 'Ασπίδα *Sextus.* Παρὰ fere omnes pro περὶ. placet. Strabo tamen poſteriore loco περὶ θάμνον, et priore ἀνείλετο pro ἀγάλλεται. Male. Abiectis enim hoſtium armis milites vtebantur ad *oſtentandam* fortitudinem ſuam et victoriam, v. *Perizon.* Animadd. Hiſtor. cap. 7. pag. 246. Altenb. Mox *Muret.* et *Scheffer.* ad *Aelian.* d. l. ἧς αὖθις. Poſſit etiam ἐξαυτῆς, *illico*, ſcribi. 'Ερρέτω Mſ. Pet. Eſt autem ἐρρέτω, vel *pereat!* vel *valeat!* nam διπλῆν περίεμφασιν ἔχει, ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, *Phalaris* ad Meſſen. Epiſt. 84.

48) Haec verba ſuſpecta mihi ſunt de mendo. Nam ſi ἀδικεῖσθαι nunc paſſiue accipitur, *iniuria affici*, iniurii fuerunt ipſi Ephori mulctantes eum quem tueri potius debebant. Sin Medii notionem habet, ipſorum legibus aduerſatur haec mulctatio, quae iubebant, vt modo vidimus, injurias pati. Excell. *Morus* ſignificauit mihi, ſe ſuſpicari legendum, ὑπὸ πολεμίων ἠδικεῖτο. Sic omnis euaneſcit difficultas. A ſuis debebat illatam perferre iniuriam, hoſtium vero contumelias vlciſci. Ea certe mente fuit Ageſilaus, qui, auctore *Xenoph.* Ag. ſ. XI. 4. τοὺς μὲν ὑπὸ φίλων ἐξαπατωμένους οὐκ ἔψεγε, τοὺς δὲ ὑπὸ πολεμίων πάμπαν κατεμέμφετο. *Sciraphidae* cuiusdam, forte huius ipſius, mentionem facit etiam *Plut.* Lyſand. 17.

49) Ed. Frob. σακοφόρον, σάκον, et ἀνέβαλε. σάκον etiam Mſ. Ald. Baſ. ex antiquo ſcilicet more ſcribendi, quo literae duplices per ſimplices exprimebantur. Sed iſta varietas miram hanc *Eraſmi* verſionem procudit: *Scutiferum militem interemere, quod ſcuto nonnihil purpurei panni intertexuiſſet.* Ego vero locum non intelligo. Mox Mſ. Turn. νεανίσκων.

50) *Xyland.* reddidit: *ad portam, vbi in trivio homines colloqui ſolebant.* Nec aliter *H. Stephan.*

ὁδὸν ἠπίςατο. Κηφισοφῶντα, εἰπόντα περὶ τȣ̃ τυχόντος δύνασθαι ὅλην τὴν ἡμέραν λέγειν, ἐξέβαλον, φάμενοι τὸν ἀγαθὸν μυθητὰν δεῖν τοῖς πράγμασιν ἴσον τὸν λόγον ἔχειν. Οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς ξαινόμενοι [51] μάςιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τȣ̃ βωμȣ̃ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος, [52] μέχρι θανάτȣ πολλάκις διακαρτερȣ̃σιν, ἱλαροὶ καὶ γαῦροι, ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλȣς, ὅςις αὐτῶν ἐπιπλέον τε καὶ μᾶλλον καρτερήσειε τυπτόμενος· καὶ ὁ περιγενόμενος, ἐν τοῖς μάλιςα [53] ἐπίδοξός ἐςι. Καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα διαμαςίγωσις. γίνεται δὲ καθ' ἕκαςον ἔτος. Ἓν δὲ τι τῶν καλῶν καὶ μακαρίων ἐδόκει
14 παρεσκευακέναι τοῖς πολίταις ὁ Λυκȣ̃ργος, ἀφθονίαν σχολῆς. Τέχνης μὲν γὰρ ἅψασθαι βαναύσȣ [54] τὸ παράπαν ȣ̓κ ἐξεσιν· χρηματισμȣ̃ δὲ συναγωγὴν ἔχοντος ἐργώδη καὶ πραγματείας [55] ȣ̓δ' ὁτιȣ̃ν ἔδει, διὰ τὸ κο-

Sed *Eraſmus* intell. *Pylaeam*, vrbem Arcadiae, luxu deliciisque barbaricis corruptam. Qui otio abundant, comparent *Plut.* Pyrrh. cap. 89. c. n. *Moſis Sol.* et Artax. I. c. n. *Bryan.* et videant, an aliquid certi inde elicere poſſint de hac voce ſatis obſcura.

51) Cf. *Cic.* Tuſc. II. 14. et *Sextus Empir.* Pyrrh. Hypoth. III. 24. Sed quidquid veteres de hac διαμαςιγώσει tradiderunt, id collectum habes a *Meurſio* in Graecia Fer.

58) Apud *Sextum* d. l. eſt Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος, quod melius atque hic quoque reponendum eſſe cenſet *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* h. in Dian. v. 174. licet *Scholiaſt.* *Pindari* ad Olymp. od. 3. monuerit, vtramque formam promiſcue olim vſurpatam eſſe. Ὀρθία eſt etiam apud *Xenoph.* Rep. Lac. II. 10. vide de hoc Dianae cognomine *Munker.* ad *Hygin.* fab. 261.

53) Scil. ἐπιδόξοις elegans circumlocutio Superlatiui. *Hoogeven.* ad *Viger.* VII. 8. 10. affert aliud exemplum e *Pauſan.* Achaic. pag. 403. τὸ ἱερὸν τȣ̃το ἐν τοῖς μάλιςα ἀρχαῖον. Add. *Aelian.* V. H. II. 7. νόμος — φιλανθρώπως κείμενος ἐν τοῖς μάλιςα ſcil. φιλανθρώποις [illegible] νόμοις.

54) *Artes ſellularias* et *illiberales* excluſit Lycurgus, quia hoc vnum agebat, vt ciues ſuos redderet bellicoſos. *Plutarch* Compar. Lycurg. pag. 303. Reisk. *Opificum autem vulgus et ſellularii minime militiae idoneum genus*; indice *Liuio* VIII. 20. Cauſſam reddit *Plato* Polit. VI. pag. 473. Qui Graecis [illegible] cantur βάναυσοι, intell. ex Apophth. Lac. II. 10. vbi nominantur κεραμεῖς, τέκτονες, χαλκεῖς, οἰκοδόμοι. Nam βάναυσος, auctore *Etymol.* M. Κυρίως πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος· βαῦνος γὰρ ἡ κάμινος λέγεται. — Καταβέβηκε δὲ ἡ λέξις εἰς πάντα χειροτέχνην. Superius Mſ. Turn. ed. Frob. ἀφθονίας, haec etiam ἅψασθαι.

55) Vit. Lyc. XXIV. πραγματείαν, quod *Bryan.* ex h. l. in πραγματείας mutatum volebat, vt coniungeretur cum χρηματισμȣ̃. Verum, vt ſunt ſenſus hominum di-

